ter et secure sustinere a transire va
leamus quo ad usque ad bona domi
ni in terra viventium percipiēda
nos vocare dignabitur ipse domi
nus noster **Ihesus** **Christus**. qui

est benedictus in secula seculorum
Amen

Psalmus xxxv.

A **D** te domine
damabo. **Titulus** huius
ps: psalmus ipsi dauid.

Cassiodorus Cum autem di
citur ipsi: nullū
alterum intelligi posse declaratur.
nisi ipsum mediatorem **Christum**
dominum qui per hunc totū psal
mum loquitur ad patrem in passi
onis sue conflictu constitutus. **Di**
xit enim dauid signare manu
fortis. Vnde tale nomen congrue
debit hic poni ubi passionis do
minice gloriosa certamina referunt

Augustinus Que domi
nus ihesus
videtur in hoc psalmo optare mi
micis. non malivolentiae votū est
sed denunciatio pene eorum.

Cassiodorus Notandū
est igitur
hunc psalmum esse tertium totū
qui passionem et resurrectionem
dominice sub breuitate commemorat

Glosa. Intentione monet
eos aduersa tole
rare: qui volunt cum christo re
gnare. christus itaque secundum quod ho
mo preponens se exemplum iu
stis humiliter orando ad patrem

A **D** te domine damabo de me
us. **Nicolaus** id est ex ma
gno affa
i. iij.

cordis oratio. Ne filias a me.

Jeronimus. Hoc ne me
dereliquas. reliquas
neq; taceas a me. Repetitio est eius
dem sentencie ad maiorem expres
sionem affectus. La assimilatoe
descendentibus in lacum. Id est in
miseriam huius seculi. que profu
ditati lacus comparatur.

Calliodorus. Precatur ergo
humanae cri
stine ab ea separet eternitas ubi
Jeronim? quia si diuini
tas ab ea recessisset similis nobis in miseria fuisset.

Calliodorus. Pulcher
rima q;
verborum est facta diuerfitas. Clamat homo ne fileat deus. quia nostro silencio ille tacet a nobis negligentibus in memoria eius non habemur. Contra si domino prestante respicim? respicit. si clamamus exaudit. si diligimus a amamur. Exaudi domine vocem deprecationis mee dum oro ad te. in passione mea. relictis enim discipulis recessit a orauit dicens. Pater si fieri potest: transeat a me calix iste.

Jeronim? orauit etiam crucis in cruce pro toto mundo. pro iudeis a p.

Hugo. Unde apostolis ad hebreos quinto. In diebus carnis sue preces supplicationes q; ad eum qui posset illum saluare facere a morte cum clamore valido a lacrimis offerens exauditus e. pro sua reuerencia. Idu exto. lo ma

nus meas. Extendens eas in caele. Lab templum sanctum tuum.

Calliodorus. hoc est ad ceteros homines facere consueuerunt. Nam desiderium postulancuz est. ut licet ubiq; deum non ambigat: de celo sibi auxilium venire confidant. Unde et in dominica oratioe dicimus. Pater noster qui es in celis. Ne simul tradas me cum peccatoribus. quia mortuum se nouerat merito petebat ne inferis tradita eius anima cum peccatoribus misceretur. Et cum operatibus iniquitatem ne perdas me. sicut aliquam cum ipsis habeam portionem. De quibus peccatoribus subditur: hys. Qui loquuntur pacem cum proximo suo. Iudeos commemorat: quos proximum suum vocat. quia ei carnis origine iungebantur. In quorum labijs erat pax cum dicebant. Magister scimus quia verax es a q; a deo venisti. a viam dei in veritate doces.

Jeronimus.

Malicia autem in cordibus eorum. cum dicebant interrogantes euz. Licet nobis tributum dare cesari an non. Qua illis secundum opera eorum. puniendo eos in die iudicij secundum merita eorum. ut quia te non intelligunt per beneficia: intelligant per cruciatu. Et secundum nequitiam adinventionuz ipoz.

Hugo. Id est secundum nequitiaz ab eis studiose inuentam dicentes eum sequatorem tempo

Plurimae hanc plura

Plurimae hanc plura

Opera d. Augustini
in opera p. l. v.

niacū; et mēta alia que ei false int
posuerit. **S**ecūm opa manuū ea
y tribuē illis] re pētio est eius
ad maiorem expressiōē maligni
tatis eorū] **re dē re**
tribuō; eorū ipīs]

August

q̄ p̄ veritate quam audiebant vo
luerūt fallaciam retribuē. fallacia
eorū ipsos fallat. **Q**m̄ n̄ intellexe
runt opera

Hugo .s. verbum
caro factū est. **Q**uod maius mi
rum est. **I**n opera manuū eius. .s.
visibilia: que faciebat miraculo
se mortuos suscitando: q̄ sanando
egros ipm̄ non intellexerunt

Casti

opera siquidē
domini fuerunt
vt doceret populum viam verita
tis q̄ archana fidei sancte incarna
tionis. reconciliaret hominē deo: q̄
tinus vbi non poterat viciata na
tura consendere dominice visita
nis munere perueniret. **E**t ne filio
dei vera docenti mens obstinata n̄
credere. **H**oc quoq̄ miraculorum
ingentium virtute firmavit vt qd̄
intelligerent iudei non posse cōem
hominem facere: hoc euidenter a
gnoscerent potentiam diuinitatis
implere. sed illi dementes du; tan
tūmodo hominem credūt: filiū dei
ipm̄ dici indignissimē ptulerunt

Hugo .p̄pter quos. **d**estruēs
eos. **I**n romanos in p̄
senti vel in futuro eternaliter. **E**t n̄
edificabis eos. **I**n postq̄ eos destru
eris per romanos. id est non ite
rum reduces eos. sicut reduci fue
rūt. **b**abylonia. **V**ade de ipīs in

alio psalmo dicitur. **T**anq̄ vas
figuli confringes eos. **V**as enim
figuli postq̄ fractum est nunq̄ re
integra

Casti

Sciens christus complenda esse
omnia que petebat gratias agēs
pater ait. **B**enedictus dominus
deus pater quoniam exaudisti vo
cem deprecationis mee.] supra dōcē

Jeromimus

Dōs adiu
tor meus.]
in passione. **E**t protector meus.] in
morte. **E**t in ipso sperauit cor meū.]
videlicet humanitas mea in diuini
tate. **q̄ ad iustus sū.]** vt resurgerē

Hu . **E**t effloruit caro mea.]
per immortalitatis clarita
tem in resurrectione que prius aru
erat et defloruerat: vilitate detur
pata in passione. **L**a ex voluntate
mea confitebor illi. **I**is est patri

August quia per resurre
ctionem meam nō tē
moris necessitate. sed libera volun
tate confitebuntur illi qui credunt
in me in quibus. quia ego sū ego
confitebor. **D**ominus fortitudo
plebis sue. **I**is est populi christiani
dimitantis cum dyabolo. in huius
vite difficultatibus. **E**t protector
saluationū christi sui. **I**is est eorum
qui per christū saluati sunt vt eos
sic saluatos p̄ fortitudinē bellicaz
immortalitate pacis ab vltimū p̄
tegat

Casti

Deinde oāt hu
manitas xpi p̄
populo christiano d. **S**aluū fac
populū tuū dñe.] que per mortem
meā redē. **E**t tene dñe.] illa tene dñe
i. iij.

Vas figuli
p. l. v.

Epistolam 20

atione qua electi in iudicio benedi-
centur. videlicet. **Venite benedicti**
patris mei [hereditati tue]

Hugo quā per corporis et
sanguinis mei miste-
rium in ecclesia cōgregauit de qua
dictum est in psalmo secūdo dabo
tibi gentes in hereditatem tuam.

Cassiodorus **Et** vt caritatem
suarū quā prece-
pit euidentius approbaret. **Iterum**
petit. **Et** rege eos. **ne** carnalia con-
cupiscant. neq; vias prauas eli-
gant deuiando a via iusticie. **Et** ex-
tolle illos vsq; in eternū. **vt** intel-
lectum scripturaru a in opere san-
cto intentione laudabili proficiāt
quatinus a terrenis vitijs purga-
ti ad eterna premia pducāt euecti

Nicolaus **Moraliter** iste
ps potest expo-
ni de quolibet fidei posito in afflictioe
corporali vel mentali: qui de uote
se petit diuinitus liberari a tan-
sentiens se a domino exauditu stu-
det ei deuote gratiarum actōnes re-
ferre.

Cassiodorus **audistis**
qua pietate iste psalmus conclu-
sus est. **Rogat** pro nobis qui ora-
tur ab angelis **Iudex** omnium crea-
turarum aduocatus noster est. **Et**
vt a morte potuissemus eripi ipse
magis elegit occidi. **Orauit** ante
traditionem suam de crucifixioe p-
pria a de resurrectione locutus est
Postremo pro fidelibus exorauit
vt qui ei meruerūt credere: eterna
benedictione delectant gaudere.

Jeronimus **Tu** ergo domine

rege et eleua nos ab huius mundi
miserijs quia populus tuus sumus
quatinus in hac vita que tibi sunt
placita facientes: ab hac mortali-
tate in immortalitatem te comitan-
te extollamur id est in celestibus ele-
uemur regnaturi cum sanctis tuis:
qui es benedictus in secula seculo-
rum. Amen.

Psalmus. xxviii.

Afferre domino
filij dei. **Titulus** huius ps
talis est. ps dauid in con-

sumatione
tabernaculi **Jeronimus.**

Quā archa domini de captiuitate phili-
stinoꝝ reducta est. pro qua multa
mala habuerunt dimissa est in sy-
lo: a dauid edificauit ei tabernacu-
lum in quo hortatus est populum vt offer-
rent sacrificia deo sicut legitur. **pa-**
lip. xvi. de aptissime figuraz xpi
tenet a archa figurā eccē. sic de
reduxit archā de captiuitate sic a cri-
stus reduxit archā hoc est scā ec-
clesiam de captiuitate. **de** ptate di-
aboli quā mundū p patrem originale
a diabolo captiuū suo proprio sang-
ne re-

Cassiodorus. **Tabernaculi** ei noie i-
demit **Cal.** hō mūdo posita deda-
ratur eccā q̄ contra carnalia vitia
bella gerens merito expeditional-
hitaculi nomē accepit. **Consuma-**
tio at tabernaculi perfectionē signat
eccē catholice q̄ iā per totū orbē p-
batur esse constructa. cū igit deo co-
gnosceret totius mundi terminos

Arg. 20
Enn. 10

ad fidem catholica p aplos spūs
sancti munere pducendos alloq̄t
vniuersitate: vt sacrificia ei deuo
ta mente pfoluant. dicens

Afferre dño .i. supple vsmeti
p̄sos v̄ corda vr̄a sancta pu
litate lucencia q̄d supra oē sacrifi
ciū pbatur dño acceptū filij dei
qui per regeneratōis grām facti
estis filij eius vt ait Ioh. in euan
gelio. **P**edit eis pt̄atē filios dei fi
eri hys q̄ credunt in noi e eius **S**e
quitur. **A**fferre dño filios arietū.
Arietes apli accipiendū sūt: q̄ tan
q̄ duces gregū in caulas dñi per
duxerūt populum christianum
filios arietū. **D**icit fideles: quos
ap̄stoli recta p̄dicatōe genuerūt.

Jero Ap̄stoli arietes dicun
tur. q̄ sicut arietes duo
cornua hñt ita ap̄stoli duo testa
menta pre

Hugo Prelati re
dicauerūt. **A**fferre dñi
filij dei q̄ hereditatē v̄ eccām quaz
suo sanguine adquisiuit possidet.
v̄ vicem dei tenent in terris. Sicut
bñs paulus ad. xx. dicit. **A**ttēdi
te vobis et vniuerso gregi in quo
vos spūs sanctus posuit ep̄s regere
eccām dei quā adquisiuit sanguine
suo. Etiam dicit sunt arietes p̄pter
duo testamenta que scire debent

August **A**fferre dñio glo
riam a honore. .i. vt
per opera vr̄a dñs glorificet a ho
noretur verbo et exemplo. **A**ffer
te dño gloriāz nomini eius.

Jero v̄ gloriose per vos nomē
eius v̄ p̄ps verbū dei pa
tris in cunctis innotescat. **A**dvrate

dñi in atrio sc̄o eius. .i. in eccā: **E**
in conscia vbi vnusquisq̄ ip̄m ad
tare

Callio **I**psa em̄ conscia
deb; **Callio** est aula regal et
habitatio spiritus sancti. sicut apo
stolus ait **T**emplū dei estis vos a
spūs sanctus habitabit in vobis.
Deinde p̄pheta de constitutōe eccāe
subdit vnde

Hugo **V**ox do
primo dicit. **Hugo** **V**ox do
mimi. **L**ib
ē p̄dicatio xp̄i sup aq̄s. **I**n sup iu
deos q̄ erant in fluxu vi cōz aq̄ em̄
p̄los fiḡnt. vt dicit apoc. xvij. **Q**uo
at p̄dicatō xp̄i sc̄a sit cōter ostē
dit d. **D**eus maiestatis intonuit
v̄ filius dei q̄ est rex gl̄e d̄ nute car
nis terribiliter p̄dicauit.

Cal **Q**m̄ die iudicij a gelenne
re p̄dixit. vt non tam loq̄ q̄ into
nare vi

Hugo **E**t non solū iu
deretur **Hugo** **D**eus h̄ a genti
bus p̄dicatio xp̄i timore; inuasit

Vn̄ addit. **D**ñs sup aq̄s mltas
v̄ sup gentiles q̄ dicitur aq̄ m̄ te.
tū q̄ de facili uersi sunt ad dñm.
sicut aq̄ de facili fluit. tū q̄ m̄ ti de
ipsis cōuersi sūt resp̄cū iudeorū cō
uersorū sicut dicit ap̄ls. ad ro. xi.
Cecitas ex p̄te contingit in isrl. do
nec plenitudo gētū intraret. **S**e q̄

Jero **V**ox dñi in virtute. **I**n vi
delicet miraculoz: qm̄ di
xit **L**azare.

Cal **M**erito vox do
Veni foras **Cal** **M**erito vox do
te eē dicitur cui nullis obstaculis
obuiat

Aug **V**ox dñi in
magnificācia

Aug **Q**m̄ magna opatur in sc̄is a p̄ ip̄s
Vox dñi in ostēdit credos.

Iero. Cedri dicuntur oēs subli-
mes et excelsi: vel superbi
Confringet illos aut hic per peni-
tenciam. aut in die iudicij in vindi-
cta. Confringentis ergo cedros &
humiliatis superbos repetit q[ui] La
confringet dominus cedros libani.]

Cedrus in libano
q[ui] est excelsus & tollit
Iheronimus / propheta

Cas. In libano autem tales in-
ueniuntur vt oēs altitudi-
nes arborum superare videantur.
ergo mundi isti? nobiles ac reges
qui reliquos homines tanq[ua]m hu-
milia fructuata despicunt virtus di-
uina confringit: quando paupes
& humiles elegit. Isti enim virtu-
te superantur. Illi in re diuicias su-
as aut cogitacionibus gemunt aut
turpi ambitione soluantur. Ponuntur
etiam cedri in bonam partem:
sicut in alio ps[al]m[us] dicit. Cedri libani
quas plantauit dominus. Et co-
minuet eos tanq[ua]m vitulum libani.]

Cedrus in libano
lib[er] 7

Sicut confringit vitulus de corni-
bus virgulta tenera. Ita christus
contriuuit iudeos: qui p[ro] suam supbi-
am singularē erigē iusticia; cona-
bantur qui. Et dilectus? filius patris
est secundum deitatem et propter in-
carnationē factus est. tanq[ua]m fili-
us vnicornium. Iudeorum; qui vni-
cornes appellati sunt p[ro] vna lege
quam habuerunt per qua[m] in supbi-
a se ex-

Augusti. [Vox domini
tollunt] Augusti. in iheronimo
] in diuidentis. flammam ignis]
v iracundiam persecutorū suorum
adeo furentem vt alij dicerent. Nū-
quid forte ipse est christus? Alij q[ui]
q[ui] dicerent non est sed seducit po-
pulum. christus itaq[ue] p[er]cidit hunc

infantum tumultum eorum vt alios
in caritatem suam traheret. alios i
malicia eorum relinqueret. Ite Je-
ronimus. vel quotidie in vno quo-
q[ue] nostro flammam libidinis vel co-
fessionem & gratiam sancti spūs
intercidit & per orationem sacerdo-
tis facit. **Hugo** [Vox domini co-
cessare.] **Hugo** auctoris deser-
tum. Id est commouentis populum
gentilem ad fide[m]; que erat desertum
tanq[ua]m sine lege et prophetis ad q[ui]s
etiam nullus predicator verbi dei
missus fuerat. La commouebit d[omi]n[us]
desertum cades. Cades sanctus le-
gis interpretatur. dixit ergo d[omi]n[us].

August. Celebrari faciat i-
gentibus conuersis
sanctū verbum scripturarum sua-
rum quod a iudeis non intelligenti-
bus dese- **Ieronim[us]** [Vox
rebat. Ieronim[us] domini
preparatis cecus.] & predicatorēs
& scōs viros q[ui] venena dyaboli et
sp[irit]us p[er]dōrum transeūt: & ab al-
ciora fugiūt & ad theoreticam vita[m];

Collector Vn[de] ter n[on] aie in li-
bro de contemptu
mundi an fructuosa via mundi:
& inambulabilis & facilius est p[er]-
uenire ad portū celestē sp[irit]us oib[us]
q[ui] ade- **Ieronimus** [La re-
ptis. Ieronimus. uela-
bit condensa.] quia obscura diui-
norum scripturarum siue misterii-
orum celestium per sp[irit]um san-
ctum patefecit eis. La in templo ei?
hoc est in sancta ecclesia. Omnes
dicent glo- **Augustinus**
ria m.]

Iheronimus
lib[er] 7
Cades
Ieronimus
Augustinus
Collector
Ieronimus
Augustinus

hoc est in ecclesia eius unusquisque
in spem eternam regeneratus lau-
dat deum pro suo quisque dono quod
a spiritu sancto accepit. **Dominus**
diluuium inhabitare facit.]

Cat. id est aquas baptismi si-
gnatas per diluuium quia
purgant animas a sordibus pec-
catorum sicut per diluuium purga-
tus est. **Hugo** Vel dominus
mundus. sanctos suos
in ecclesia quasi in archa noe con-
stitutos inhabitare faciet per dilu-
uium huius seculi illesos extra quoniam
nemo saluatur. [et] deinde [se de-]
bit dominus rex in ecclesiis. vel in
sanctis suis [in eternum]. **Domi-**
nus virtutem] dimicandi contra
huius mundi turbines et periculis
Habit populo suo. [xpiano] dñs
benedicet populo suo in pace. [et] in
seipso hic et in futuro. quando di-
cturus erit. Venite benedicti patris
mei.

Collector. In quoque
qui dixit pacem meam dabo vobis sup-
pliciter deprecemur ut nos qui si-
mus populus eius benedicere et
adiuuare dignetur. donec quoque nobis
huius seculi diluuium fide recta: ac con-
uersatione sancta sic pertransire il-
lesos quatinus ad terram celestis
patrie peruenire valeamus securi:
eius gracia qui est benedictus in
secula seculorum. Amen.

Psalmus xxix.

Exaltabo te do

mine. **Titulus** talis est. psalmus
cantici in dedicatione domus dauid

Iero. Psalmus cantici laus
est cum opere. dedicatio
domus dauid est resurrectio corpo-
ris saluatoris qui de progeme da-
uid traxit originem. verbum patris
edificauit sibi domum: quando as-
sumpsit humanitatem carnis. et
eam tunc dedicauit quando ipsam
a mortuis resurgere fecit. et modo
usque in finem seculi edificatur do-
mus dauid. id est christi. hoc
est ecclesia. sed in resurrectione de-
dicabitur id est in nouabitur quan-
do immortalitatem acceptura est.

Hugo Unde sensus dicti titu-
li talis est. Psalmus
iste est cantici id est leticie in dedi-
catione et pro dedicatione domus
dauid et christi vel ecclesie que iam
precessit in capite in resurrectione
sua. et in futuro in membris. quia
necesse est quo precessit humilitas
capitis et christi. sequatur humi-
litas membrorum id est fidelium.
De utraque enim dedicatio hic agi-
tur et loquitur totus christus. Que-
dam tamen verba huius psalmi
conueniunt christo capiti et quedam
membris. que dam vero utrisque.
Christus ergo pro sua resurrectione
gracias agens patri dixit.

Exaltabo te dñe. Ipse multos ad
te trahendo et alios te manife-
stando. Unde in alio psalmo dicitur.
Narrabo nomen tuum fratribus meis.
Quis causam subiungit.

Iero. Quoniam suscepisti me. [ab] de-
xtera tua. Nec deleasti me.

micos meos super me. Ut meo lo-
cundarentur interitu. **Quomodo** di-
cit. nec delectasti inimicos meos su-
per me. dñi iudei xp̄i aspueūt flagel-
lauerunt a crucifixerunt. **Nō** sūt
delectati quia non potuerunt chri-
stum extinguere sicut voluerunt.
sed hoc de demonibus est intelli-
gendum. quia delectari ceperunt
quando estimauerūt eum cum la-
tronibus ad infernum deducendū
sicut in montem permisit se ab eo-
dem duci. sed non fuerunt delecta-
ti demones quia tunc a principibz
et subiectos suos ligauit.

Hugo de inde subdit de sua
resurrectione dicens.
Domine deus meus clamaui ad
te in passione cum clamore vali-
de a lacrimis offerens ex auditus
est pro sua reuerencia. sicut dicit
Apostolus ad Hebræos quinto.
Vnde subditur La sanasti me ab
omni corruptione a infirmitate car-
nis. dādo michi corpus immorta-
le. Domine deduxisti ab infer-
no animam meam.

Jerotimus
cum alijs animabus sancto eum
saluasti me a descendētibz in
lacum. inferni ubi anime peccato-
rum sunt. ne sicut illi precepit cade-
rem in mortem. hoc tam immensū
miraculum propheta cernens ex-
ultat. a alios hortatur ad laudem
dei dicens. Psallite domino san-
cti eius. et confitemini memorie
sanctitatis eius. videlicet qd domi-
nus memoratus nostri sanctifica-
uit nos uocando ad agnitiōē no-

minis sui et ideo memores sitis be-
neficii eius qualiter nos de pecca-
to redimere uelit. **Quoniam ira**
in indignacōne eius. quasi dicit.

Hugo ideo psallite a confi-
temini deo patris. Rm
ira. id est infirmitas pene quaz ego
sustinui in passione fuit. in indig-
tione eius. qua indignabat pe-
ccatum primorum parentum. **Vn-**
de Isai. liij. ait ppter scelus ppli
mei percussi eum. Let uita glorie
quam dedisti michi resuscitans me
a mortuis est. in uoluntate eius.
id est in beneplacito eius. Est ergo
sensus. **Ido** confitemini illi. quia
a si me passioni exposuit tamē po-
stea glorie me resuscitauit. **Vn-**
de duo subiungit: que istis duobus
respondent dicens. **Ad resperu.**
passiois mee. demorabitur fletus
in apostolis. vnde in ymno cantat

Tristes erant apostoli de nece sui
domini. La ad matutinū leticia. qd
dñs resurrexit mane. **Vñ Job. xx**
Gaui sūt discipuli uiso domino.
Deinde ostendit quomō sūt resur-
rectōis dedicacōz meruit d. **Ego**
āt dixi in abundantia mea. supple
ego existens in abundantia uirtū

Cassiodorus Vel abū-
dancia crī-
sti hominis fuit. qd uerbum caro
factum est: et habitabit in no-
bis. **Quid** enim illa gracia copiosi-
us que habere meruit plenitudine
diuinitatis. sicut dicit apostolus
In quo habitat omnis plenitudo
diuinitatis corporaliter. u. ueritē
libaliter atqz pfectē. **In** illa abun-

Sanctia mee dixi. Non moueboz |
a deo. In eternu. iure dicebat in ef
num se moueri non posse. cui sua
maiestas ofidencie dona p̄stabat

Hu Domine iuoluntate tua |
s̄. fm beneplacitu tuu | p̄
stitisti decori meo. | u humanitati
mee | virtute | s̄. miracula faciebi.

Cassi Ita immaculata a sole
eritudo copulata verbo virtutem
accepit. qua miracula magna fa
ciebat. sicut in euāgelio ip̄e testa
tur dicens. Sicut pater habet vitā
in semetipso. sic dedit filio habere
vitam in se. **Hugo** Demde oñ
metipso dit meritū
sue pacie. Quertisti facie tuaz
a me. | u visus es auertere pntiam
deitatis tue. La me | quōdo me passi
oni expo sūisti. | a facis sū v̄bat? |

Cas Nā cū auerterat facie suaz
diuinitas. conseq̄ns erat
vt carnis turbare ē istimitas. Vñ
ip̄e dixit in cruce. deus meus qua
re dereliquisti me. Ad te domine
clamabo a ad deū meum depreca
bor. Q̄ modo dicit domine. modo
deum vna sententia est. Nam hoc
est ad dominū clamare qd̄ deuz fu
isse depre

Hu Que vtilitas i
catum. sanguine meo. |
id est in effusione sanguinis mei
lbum descendo. | u si descenderem
corruptione. | u si corpus meuz i
aneraretur a corumpereur qua
si dicat nulla esset vtilitas

Augusti Et si non statim
resurrexero a cor
ruptum fuerit corp̄ meuz. **Nun**

quib̄ confitebitur tibi | confessioē
laudis | putis | u turba impioz

Hieronim Rue adhuc
oī v̄to docē
ne velut puluis mouetur

Augusti Quam mea resur
redione iustifica
to. aut annūciabit | ad cetero rū sa
lute m | verita

Cas Illam videli
tem tuam. | **Cas** cet quā pt?
resurrectionem discipulis dixit. Ite
predicate euangelium omni creatu
re. Rui crediderit a baptisatus fu
erit saluus erit. Rui at n̄ crediderit
condem

Hugo Demde oñdit
nabit. xps quō dēdi
cauē m̄ dom̄ u corp̄is sui accepit

Audiuit dñs. Joōem meam
exaudiendo. | a misertus est mei |
oēs miseriae a me remouedo. | a fa
ctus est adiutor meus. | me a mor
tuis resuscitando. Quod manifesti
us exponit cum subiungit dicens

Jero Quertisti plandū me
um. quo dixi Tristis est
anima mea vsq̄ ad mortē. In gau
diū michi. | cū resurgens dico. Ite
nūciate fratribus meis vt eant in
galileam. ibi me videbunt.

Cassiodo Conscidisti sac
cum meum. id ē
corpus meum in passione atq̄ in
cruce mo

Augusti a circūde
riendo. dixisti me le
ticia. | immortalitatis glorie

Cas cantet tibi u vt gloria re
gloia mea. | **Hu** surrectōis mee
sit causa quāē tibi cantetur ab ec
clesia te super hoc laudante. | a non
compūgar. | u vt vltra nō sentiaz

dolorem alicuius passionis.

Cassianus quia semel pro mundi salute compunctus id est crucifixus est nulli se ulterius subiacere memorat passioni. sicut dicit apostolus. **Christus** resurgens ex mortuis iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur. **Domine deus meus confitebor tibi in eternum**

Augustinus quia nichil est michi ex me sed omnia ex te qui es deus omnia in omnibus.

Ieronymus Omnia enim quae in hoc psalmo humiliter de christo dicuntur: ad assumptionem corporis magis referenda sunt quam ad potentiam diuinam. **Nicolaus** Moraliter potest exponi psalmus iste de quocumque fidelis qui ex reuelatione diuina siue per habitum comedura: cognoscit se a peccatis suis sanatum propter quod gratias agit collaudando dei bonitatem et recognoscendo fragilitatem suam.

Collector Coiedura huiusmodi beatus bernardus in sermone de verbis apostoli. **Obsecro** vos prius omnium docet nos ita dicens. Si iam surgis desiderio supernorum si grabatum et corpus tuum a terrenis eleuas voluptatibus ut non feratur anima cum concupiscentiis eius sed magis ipsa: ut dignum est regat corpus suum: et ferat quo non vult. si demum ambulans quae retro sunt obliuiscens. et ad ea quae ante sunt te extenderis desiderio et proposito proficiendi: curatum te esse non dubi. **Cassianus** Daruus quod psalmus sed celestis de fine vlt

tate repletus est habes in verbis gratiam breuitatis et in sensibus extensas omnino latitudines. hic enim sancte resurrectionis gratia dicitur. hic passio domini gloriosa memoratur ut nulla tribulatio passionis terreat: quos resurrectionis spes magna letificat.

Ieronymus Et nos quoque supplices deprecemur: ut conuertat dominus in gaudium planctum nostrum. remissa mole facinorum. atque nos misterio resurrectionis sue letificatos attollere dignetur in celum. pro quibus dignatus est descendere ad infernum cui cum patre et spiritu sancto est honor et gloria in secula seculorum. Amen

Psalmus xxx.

In te domine speraui. Titulus huius psalmi talis est. **In finem psalmus ipsi dauid extasis.**

Augustinus duobus modis dicitur finem vel quod fit ut non quod erat. et quod fit ut perfectum sit quod incompletum est. Ergo in finem. id est in christum in quo est perfectio mea dirigitur iste psalmus. Extasis que addita est titulo est excessus non ille qui fit ex reuelatione: in quo fuerunt omnes sancti quibus archana dei mundum istum excellentia reuelata sunt. Sed ista extasis de qua in titulo fit mentio est pauor populi

Extasis huius

si dei de persecutione omnium gentium. et de sectu per orbem fidei. Sed prior loquitur christus. Deinde re tempus ipsius sanguine populus gratias agens. ad extremum populus domini perturbatus loquitur quod ad extasim pertinet. prophete etiam persona bis interpretatur. Loquitur ergo xps ad patrem in persona assumpti hominis. di.

In te domine speravi non confundar in eternum.

Cal. Orat christus patrem ex natura humanitatis assumptam. et nec de sua spe deiectus humane insultationis opprobria inde oppaciatur. et addit. In eternum. ubi eius contemplatio fixa et incommutabilis permanebit.

Iero. In iusticia tua sicut promissisti. dicit enim. aug. qd hec iusticia est solutio promissionis huius. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ubi subbit. Libera me de fouea mortis.

Cassi. Merito implorauit iusticiam domini. qui se nouerat per iniquitatem passurum. **O** vere miranda et diuina commutatio. accepit necem. reddidit salutem. pertulit iniurias. tribuit honores. dolorem sumpsit. contulit sospitatem. et solus: et summe pius qui dulcia prestavit: cuius amara suscepit. **Hu.** Inclina ad me. humilem: et infirmum Laurem tuam. me exaudiet. Accelera ut eruas me. a morte cito resuscitando post tres dies.

Cassiodorus. Esto michi

in deum protectorem. id est protege me ab huius seculi importunis insidijs: virtute diuina.

Hu. dando michi scutum pacientie. et esto etiam michi In domum refugij. id est tanquam domus refugij. ad quam vulneratus et lapsus.

Cassi. Domus refugij fugiam. **Cassi.** e gloriosa resurrectionis postquam incorruptibili maiestate perfruitur. Ut saluum me facias a peccatoribus.

Aug. Quonia firmamentum meum. id est fortitudo mea ad tollerandos peccatores. et refugium meum. ad euadendum eos. Tu es. in

Hu. Et propter nomen tuum. manifestandum et clarificandum per meas predicationem. duces me. id est dux eris michi.

et enutries me. paulatim augendo corpus meum. quod est ecclesia. sicut dicitur **Act.** secundo. Dominus augebat qui salui fierent quotidie in ipsum. duces me. per resurrectionem de laqueo quem ipsi iudei abscorderunt michi. in passione et in morte. in qua volebant me illaqueare et detinere. Quonia tu es protector meus. et ideo nulla potest michi malicia et aduersitas prevalere. **Et quia tu es protector meus.**

Iero. In manus tuas commendo spiritum meum.

Hoc est in pietatem tuam commendo animam. **Cassio.** Commendat patri meam. **Cassio.** inestimabilem thesaurum. animam videlicet illam que voluntatis ipsius pura intentione facebat. **Ieronimus.** Hoc

Paraphrasi
aug. in psal. 124

exemplum accepit ecclesia a christo. hoc et sanctus stephanus fecit. hoc et sancti orant quando exeunt a corpore: ut fidei creatori commendant animas suas in beneficiis hoc in cruce positus dominus dixit: cum in patris manibus spiritum commendauerat. cito ipse cum ipso resuscitante sumpturus. **D**icat nunc populus redemptus in sanguine agni. Redemisti me domine deus veritatis. a bene dicit deus veritatis quod non mentitur. Nam sicut promisit per seruos suos prophetas redimere ita venit et redemit nos sanguine suo. Unde et paulus dicit Empti estis precio magno. et tunc cum sis deus veritatis

Cassianus Odisti iohanes obseruantes vanitatem. id est istius seculi desideria transitoria amantes. Superuacue lib est inutiliter.

Jerome Nunquid deus odiat quem Abst hoc sentiri. si qui istam vitam presentem amant tantummodo. et celestia contemnunt: sperantes inaniter in beatitudine seculi seducente. odit illos deus. Non quod odium in deum cadat. sed odire deus dicitur qui sic faciunt. id est repudiare quia repudiat et reprobat illos qui obseruant vanitates

Augustinus Speras in pecunia obseruas vanitatem. speras in honore. et sublimitate aliqua potestatis humane aut in aliquo potente amico: obseruas vanitatem quia aut moriens hic ea dimittis aut cum adhuc viuis omnia pereunt. et in spe tua deficiis. unde ecclesia hoc considerans ait

Cassianus Ego autem in domino speravi. mihi nichil vanum nichil superuacuum est sed totum firum atque integre perseverat.

Hugo Exultabo in corpore et letabor in spiritu. in misericordia tua. per quam tua morte saluasti me. Cum vero huius leticie conter subiungit dicens.

Jerome Quoniam respexisti humilitatem meam. et me propter humilitatem meam. saluasti de necessitatibus animam meam.

Jerome necessitates corporis meae sunt. videlicet manducare bibere dormire vel aliud quod necessarium est faciendum. sed anime necessarium omnino vnum est videlicet vita eterna. Saluasti ergo de necessitatibus perpetue mortis animam meam quia debisti ei vitam eternam quod est sua necessitas

Cassianus Vel de necessitatibus hoc est de peccatorum laqueis et perplexitatibus quas diaboli ingerit cogitationibus nostris. Nec conclusisti me in manibus inimici.

Jerome Illi concluduntur in manibus inimici qui perseverant in peccatis suis. sed ego dicit ecclesia non concludar. quod non volo perseverare in malis

Hugobertus Statuisti loco spatio. id est in latitudine caritatis. quod consistit in dilectione dei et proximi. pedes meos et affectiones meas ut curarem faciliter. et sine offensa in via mandatorum tuorum dignatus es misere mei domine quoniam tribulor.

Observans vanitatem

Jeromimus Illoz vox hec
est q̄ tribulā
tur a qualitet . fbulacōe tribuloz
dicit non iā mortem metuens sed
infectacōnem timens vicōrum.

Cassiodo L conturbatus
meus . et intellectus qui per oculū

defignatur . **Jeronim** L aia mea
tur . q̄ te dili
gebam . et venter meus . et meo
ria mea qua tui recordabor . Ecce
fia conturbatur de vitijs a pecca
tis tam de suis q̄ de alienis .

August Ruis est qui nō ira
scitur vidēs fratres
insidiantes fratribus fidē non ser
uantes : homines seculo verbis a
non factis renunciantes . sed orā
dum est vt ira non reuertatur in
odium ne de festuca tralles fiat . ne
oculus turbatus per iram extin
guatur per odiū . qm̄ qui odit fra
trem suū sicut dicit **Johānes** in te
nebris est . Et iā dñe miserere mei .

Quā defecit in dolore vita mea .

Iero Ideo in dolore quia eccia
non potest emendare ma
los nec eos segregare a sanctis vs
q̄ in finem . L a anni mei . et tempo
ra vite mee . in gemiab ? q̄ diu ē
hic in presenti vita haret gemitū
et fletu . vnus quisq̄ homo . **I**nfe
mata est in paupertate vite mea .
et infirmata est eccia inter homines
malos inter quos habitat hic in
pñā vita quia plures sunt peccato
res a pauci sãcti sunt . L a ossa mea
et virtutes mee L conturbata sūt
vt ait paulus . **S**cimus quia omis

ex p̄atura ingemiscit non solū illas
sed a nos gemimus intrans

August Vel off a intelligū
tur fortes ecclie a p̄
lati qui etiam si non conturbant p̄
secucōmb? alioz . suoz conturbant
tamen iniquitatibus fratru . **S**u
per oēs inimicos meos fact? sum
opprobriū vicinis meis valde .

Hugo Ac si dicat eccia **Mai**
ora opprobria faciunt
michi amici mei et mali xp̄iani : p̄
uerse viuendo . q̄ inimici mei taz gē
tiles q̄ iudai . L ppter hoc factus
sum L timor notis meis . q̄ p malū
exēplū domesticorū meoz et timēt
illi venire ad fidem : qui aliquā no
ticiā p̄ famam hūecunt de me . **V**n
apost . ad ro . ij . ait . **Q**ui in lege glo
riaris p̄ p̄uaricationē legis deum
in bonoras . nomē ei dei p̄ vos bla
spematur

August Peius
inter gentes **August** in q̄t vi
uūt i factis meis mali q̄ illi q̄ nūq̄
accesserunt

Hugo L qui videbant
me L foras . L fu
gerūt a me . et q̄ iā credere incipie
bant recesserūt a fide ppter malum
exēplū domesticoz meoz . Et ideo
L obliuioi datus sū tanq̄ mortuus
a corde . q̄ iā de me n̄ curāt neq̄ de
fide mea . Aut magis p̄rie dic dñs
de clericis . qui videbant me in sa
era scriptura foras fugerūt a me :
ad desideria tēporaliū rerū . obliu
oni datus sū a corde eoz . anq̄ mor
tuus q̄ licet verbis me laudēt n̄ tñ
me diligūt . **cor**

Iero Vel ē vox
de a opere . **Iero** xp̄ii passi
one dicētis ap̄lis q̄ me relicto oēs

fugerunt a me et oblitū sūt me eorū
de tanq̄ si fuerim iam defundus L
Et factus sum tanq̄ vas p̄ditū sic
habuerūt iudei xpm quasi vas p̄
ditū et hōiē mortuū in suo p̄dō. L
quoniam audiui vituperacōz mul
torum cōmorantium in circuitu L

Cassiodoro s̄ḡt perfidus iu
deos qui legem
dei circūhabitāt p̄ carnalem intel
ligentiam et non inhabitant per spi
ritualem. Sic per hec licentia ver
ba iudaici populi tenebrosa faci
nora subtiliter indicant L **In eo**

Hugo vide licet consilio L dū
venirent simul L in v
nā prauā voluntate L aduersū me L
Et quid fecerunt in hoc consilio L
accipere animam meam consiliati
sunt L vt me morti traderent. sicut
dicitur mat̄h̄ xxvi. Cōgregati sūt
p̄ncipes sacerdotū et seniores ppl̄i
in atriu p̄ncipis sacerdotū et cōsiliū
fecerūt vt ihm dolo tenerent occi
derent. Sequitur vox xpi a parte
humanitatis assumpte ad prēm

Iero Ego autē in te speravi do
mine dixi deus meus L q̄
solus fortis es ad liberandū me L
in manibus tuis L h̄o ē in p̄tate tua

Nicolaus L fortes mee L
ta vite q̄ mor
tis mee sunt in tua dispōne. Tran
slatio hebrayca habet in manib⁹
tuis tem **Cal** Non em̄ que ad
p̄ra mea **Cal** modū inimici sui
putabant eorū persecucōe vitam
suam finiendam esse cōmemorat.
h̄ in p̄tate d̄ni ponit tempora vite sue
Ip̄o ei create existim⁹ ip̄o disponē

te vegetam⁹. eodē ec̄ iul̄te tūsim⁹

Gregor xij mox. Nulla ei
que in hoc mūdo
hominibus sunt absq̄ om̄ipo
tentis dei iudicō vel occulto consi
lio sunt. Nam cuncta deus secutu
ra prospiciens: decreuit ante secu
la qualiter d̄i sponantur p̄ secula.
Statutū quidem homini est quan
ta hunc sequatur prosperitas vel
quanta fuerit aduersitas

Hugo **Cripe me de mani
bus inimicorū meorū**
hoc est iudeorum. L a perseque
ribus me L in membris meis: tam
a iudeis hereticis q̄ a fals̄ scribis.

Iero **Illustra faciem tuam
sup̄ seruū tuū saluū me**
fac d̄ne in misericordia tua d̄ne vt n̄ confū
dar. L illuminatio respectus tui
gracie misericordie tue sup̄ me re
fulgeat vt nō confundar. h̄ saluū
ab his p̄le **Cal** nec offendas
tuos. q̄ audis a d̄no

dicit seruū tuum. Oia siq̄dem talia
verba hūanitati sūt specialiter ap
plicanda. sicut et in alio loco dicit
Ego seruus tuus et filius ancille
tue Rogat q̄ ne p̄termittas cōfun
datur h̄ quō se credit audiri ab die
c̄q̄. L quoniam inuocauit te d̄nū vt
deum siquidem fideliter inuocādo
mereri **August** Inuocas deū
est. q̄ in te vocas
deū. Hoc est illū inuocare. illū in te
vocare quodāmodo eū in domum
cordis tui inuolare. Non auderes au
tem tantū patrem familias inuola
re nisi nosset ei habitaculū p̄pa
rāre. si ei tibi dicit de⁹ Ecce iuocasti

me venio ab te. quomodo iterabo. e
tantas sordeas conscientie tue susti
nebo. si seruum meum in domum tuam in
uitares nonne prius eam munda
re curares. **S**i inuocas deum ut det
tibi lucrum terre lucrum inuocas.
non deum. gratis ergo deum inuoca
Deinde predicat damnationem iimi
corum non tibi dicit in iudicio sed re
ditudine iusticie. **V**nde dicit. **C**ru
tescant ipsi et deducantur in infernum.

Jeronim Qui non credunt
resurrectionem
erutescant tunc quando illos sanctos
quos in despectionem habuerunt
videbunt coronatos: et se condema
tos. **M**uta fiant labia dolosa. **Q**ue
loquuntur aduersus iustum. **U**erbi
scilicet in superbia. **C**ordis. **Q**ui in abu
sione. **I**uris quo abutebantur cru
cifirum.

Hugo. Sed quo
iridentes. **E**cce serui mei laudabunt pre exul
tatione cordis: et vos damabitis
pre dolore cordis. et pre contritioe
spiritus ululantis. ergo non erunt
muti. **S**olutio labia ipsorum im
piorum erunt muta a verbo exul
tationis sed non a verbo blasphemie
et indignationis contra ipsos.

Cassiodorus. Deinde enuerat
diuersis modis
quanta beneficia dominus timentibus
se largiatur commonens ut
omnes sancti diligant dominum.
quoniam ipsum esse constat et non
iudicem. et in futuro beneficiorum
omnium largitorem. **V**nde primo
dicit. **Q**uam magna multitudo

De dulcedine tue domine. **M**ulti
tudo dulcedinis est quia multis pre
miis domini suauitas imbecat. **D**ul
cis quippe est: cum sustinet inimi
cos. dulcis est cum corrigit. dulcis
est cum parcat. dulcis est cum cre
dentibus eterna premia promittit
sed intellige quod eis tantum dulcis
est: qui de ipsius sapore gustauere
runt. **C**eterum ad eos dulcedo non
potest peruenire qui gustum eius
minime contingere meruerunt. **S**e
quitur. **Q**uam dulcedinem abscon
disti timentibus te. **N**on quia san
ctis ideo abscondita est ut eam mi
nime consequerentur. sed quia in
futuro iudicio promittitur manife
sta que hic sentitur abscondita.

Augustinus. Etiam domine eos
quos emendas fla
gellis multum amas. sed ne disso
luta securitate negligentius agant
abscondis ab eis dulcedinem amoris
tui. quibus utile est te timere.

Perfecisti eis qui sperant in te. **A**c
si dicit. perfecturus es hanc dul
cedinem sperantibus in te. **I**n con
spectu filiorum hominum. **N**on illo
rum qui viuunt secundum adam sed secundum
filium hominis christum dominum.

Cassiodorus. **U**erbi scilicet in illa resur
rectioe generali quam
fuis sanctis premia promissa restitu
et et facit agnoscere vniuersas gen
tes suos certissime fuisse sermoes.
Postea venit ad enuerationes benefi
ciorum que sanctis suis copiosa mise
ratione largit. **V**nde dicit. **A**bscon
disti eos in abscondito faciei tue. **N**i
cola? **U**erbi scilicet coram facie tua que habet
k. ij.

huius mundi est abscondita.

Calliodo. Hoc erit quan-
do iam in eterna be-
atitudine collocabuntur. et quod pul-
cre regalem conspectum esse dicit
in abscondito. Reuera quia contem-
plationem eius qua sic iusti profu-
entur impij non videbunt. et addit
La conturbatione hominum. id est
a persecutione peccatorum. Nam
cum illic peruentum fuerit supra
dei famulos sceleratorum conturba-
tiones locum ulterius non habe-
bunt. quoniam illi mittuntur in
eternam penam. iusti vero vocan-
tur ad requiem sempiternam. Sed
ne tantum futuri premij promissio
fragilia corda conturbaret conse-
quenter subiungit. Proteges eos
in tabernaculo tuo. hoc est in ecclesia
catholica militate. que in isto mun-
do certamina sustinet: quando ille se
anime iustorum sub qualibet cor-
poris afflictione seruantur. La con-
tradictione. linguarum dicentium
quis nouit hoc. aut quis reuertetur
in inferis.

Hugo. Detrahentes
ergo a contra-
dicentes patienter feramus exem-
plo christi. qui ut dicit beatus Ber-
nardus in factis habuit observa-
tores et in uerbis contradicentes
Benedictus dominus.

Jeronimus. Nunquid illi
stra benedictio. non. sed ut nos be-
nedictionem ab ipso mereamur ac-
cipere benedicimus ei. Quoniam
mirificauit misericordiam suam mi-
hi in ciuitate munita. id est in ci-

uitate iherusalem. sita in medio mun-
di quia ibi est natus: ibi passus:
ibi resurrexit et inde ascendit ad ce-
los ut ait propheta. Operatus est
salutem in medio terre. **Ego** au-
tem dixi in excessu mentis mee. Sp-
pulus fidelis quando recordatur
de paradiso quomodo immortalis
poterat esse. et cogitat qualiter ibi
idem esse poterat et meminit qual-
iter est. et qualiter deus per angelum
ad adam loquebatur. et quomodo oculi
interioribus deum uidebat. Quia in
quod ista cogitat tunc in excessu men-
tis est et proiectus suus a facie oculi
lorum tuorum. Adam quomodo transgressus
fuit mandatum dei tunc proiectus est
a facie dei et nos. et omnis posteri-
tas post eum. **Deo.** Quia humiliter
cognoui ubi poteram esse et cognoui
scio ubi modo sum. Lex audisti uocem
orationis mee dum clamarem ad
te.

Augustinus. Multi silen-
tes labijs
clamauerunt corde. Multi ore stre-
pentes: corde auerso nichil impe-
trare potuerunt. Si ergo clamas:
clama intus ubi audit deus. Colla-
tis beneficijs hortatur sanctos ad
dei dilectionem dicens. Diligite do-
minum oes sancti eius. Quia non diligi-
tis munus. **Hugo.** Quis autem sit
deus. vera dilectio
dei docet ap. Paulus ad eph. v. dicens
Estote imitatores dei sicut filij Ra-
rissimi et ambulare in dilectione:
sicut et christus dilexit nos. et tradi-
dit semetipsum pro nobis. Quom-
niam ueritatem requirit dominus.
id est uita et doctrina et iusticie uel

nec relinquet malū ipunitū. vnde
abbat. Et ret. ibuet abundanter
penas infligendo pro quolibet pec
cato mortali. facientibus supbia
quia in quolibet peccato mortali ē
superbia a contemptus dei.

Cassio. Vnde h supbiam nō
accipe sed potius p cūctis vicijs.
quī ex supbia nascitur quicquid mo
rum prauitate peccatur. Deinde se
quatur exhortatio bonoz ne se a re
cto proposito carnis imbecillitate ab
ducant. vnde dicit. Viriliter agi
te. v. in bonis operibus cōstantissime
perdurate ne feminea mollicie defi
ciatis qui corda vestra dño cōstan
ter offeritis. Vnde dicit. et cōferte
tur cor vrm. hoc autē pceptū viri
femmisq; concessū cōe est. viriliē
enī oīs sexus agit: qui nescit mol
lissimis facilitatibus immutari.

Nicolaus. Et in fine adu
dit oēs dīcēs
Loēs qui speratis in dño. Spe de bi
ta que est certa expectatio future
beatitudinis ex gratia a meritis p
ueniens.

Cassio. pacta est iaz
magni p̄s sa
lubris a decora contritio. vbi a in
fermitas humanitatis exprimitur.
a beneficia diuina monstrantur.
vt vnusquisq; considerans fragili
tatem suam non superbiat a resp
tens miam diuinā n̄ expauescat.

Collect. Verba igit̄ fecit res
hūmī que in hoc psal
mo audistis: in corde vestro descri
bite in vobis transformate in his
dñi laudate. a si psalmus orat: o

rate. si gemit gemitū. a si timz time
te. Speculū enī peregrinantū est in
hac vita in quo p̄pha hortat oēs
diligere deū. p̄seuerare cōstanter ī
bono proposito a sperare in dño quē
supplices deprecemur vt nostris infū
det mentibus curam se diligendi.
detq; nobis fortitudinem contra
hostiū insidias a tēptationes viri
liter decertandi. quatinus calcatis
contēptisq; secularibus spem nrāz
in ip̄o figentes valeamus ad illā
dulcedinē peruenire quā in celesti
patria suis electis preparauit: a ab
scondit dñs n̄ ihs x̄ps cui est ho
nor a glā in secula seculoz Amen.

Psalmus xxxi.

B Beati quorum
Titulus talis est. Intelle
ctus dauid. Cassiod.

Spe

Cum generaliter omēs psal. dicti
sunt ad intellectū: vt eos sensus
noster agnosceret: ne viuendi re
gulas ignoraret. Merito querēdū
videatur cur in hoc titulo posuerit
intellectus dauid. Primo memit
dauid p̄pter dñm x̄pm qui ad ip̄z
respicit quicquid penitens iste dictu
rus est. dicit intellectus ideo sequi
tur. quia nisi misericordia dñi suf
fragante peccata nostra intellex
rimus ad penitentie studium per
uenire non possumus. In alio
quippe psalmo dictum est. Deli
ctā quis intelligit. Hoc enim
quod dicit intellectus. vt cur nos
intelligere diuinitas prestiterit

R. iij.

peccata nostra pro eis diligendis
studiosissime supplicemus. Non ei
pro illo errore quis supplicat que
procius **August.** Primo in
ignorat. intelligas te
peccatorem esse. post si ceperis bo
nū facere ne tribuas viribus tuis
verbis te iustificans sed diuine gr
cie vt non sit dolus in corde.

Calliodo. Licet em̄ sint et
alii penitentiuꝝ
psal. tamen ppter subtilitatem di
stantie diuersa tituloz signioē vo
cati sunt. p̄mus enim qui sexto lo
co psalmoz ponit continet p̄ titu
lo. In fine in hymnis p̄ octaua d̄d
qm̄ ille totus ad futuri iudicij p̄ti
net timorem. **Iste** vero tali titulo
merito prenotatus est: qui se dete
rioratū tardius intellexit quia pec
cata que cōfestim proibi debuerāt
dño. se diutius tacuisse cōfessus ē

Glosa. pheta ergo in p̄soā
penitētis in cū bonū
p̄ indulgentiam dei esse oñdit di.

Nicolaus. **B**at. i. immorta
les laudabiles
a gloriosi **Nico.** Et si nondū in
re tū i sp̄
fuit tales **Jeronimus.** Fā
illo qui iustificat impium. vnde s̄
dicitur. Quorum remisse sunt iniqui
tates. Ia dommo per bap̄ismū et
martiriū vel per confessionem.

Nicolaus. Nec remissio cul
pe non fit nisi p
graciam que est quedā arra glo
rie future in qua oēs sunt beati. q̄
quorum tecta sunt peccata. I. ipsi
de: non q̄ possit ei aliquid celari

vel tegi. sed quia nō respicit talia
ad vltimus punienda salte p̄ace
na **Gregorius** in cōmen
to sup eze
chiel. omeliiij. p̄ctā vero tegim⁹ ai
tona facta mal' actibus superponi
mus. Nam qm̄ abdicam⁹ mala q̄
fecim⁹ quasi tegim⁹ ei rei supduci
mus. quā erutescimus videri. Quā
uis em̄ sancti viri in hac vita ad
huc sint: hñt tamen qd̄ ante dei o
culos tegere debeant. qz oino est i
possibile vt aut in opere: aut in co
gitatione nunq̄ delinquant.

Hugo. P̄ctā igitur remissa
p̄ confōem teguntur
per boni operis executionem sic q̄
dyabolus non possit ea ampli⁹ le
gere in cyrographo suo. nec accusa
re in die iudicij punienda. vñ sub
ditur. **Beatus** vir cui non imputa
uit dñs p̄ctm̄. lab etnae p̄niēdū

Iero. qd̄ tegit non videt quod
non videtur non imputa
tur. quod non imputatur si puni
etur. nec est in spiritu eius dol⁹.

Nicolaus. qz vere penitet me
te sicut ex t̄ri⁹ ore.

Hugo. Dolus em̄ eēt in spū
eius si qd̄ dolet a cō
tetur emendare vtiliter non vellit.
quod innuit dominus. vtra ipocri
tas a dolosus dicens math. vij.
Ex fructibus eorum cognoscetis
eos. Deinde ostendit impedimen
tum remissionis peccatorum. di
cens. Quoniam taci. i. quia non
sum tibi confessus peccatū meum
aut ipsum abscondendo aut ipsum
defendendo. Lucteraue it ossa mea.

*Opus dicitur ad p̄m
q̄d̄ dicitur in p̄m
capitulo*

Nicola virtutes seu vites anime mee. defecerunt ex peccatorum contradictione que pro ossa designatur. in quibus consistit robur corporis. sicut in virtutibus a viribus anime robur mentis sequitur.

Augusti. Quia damare; tota die. Iam prius se tacuisse dicat. cur hic se damasse profiteretur. Sed tacuit confessionem. clamavit presumptionem. tacuit peccata sua. clamavit merita sua. Tota die. Iustus vite perseverando in defensione peccatorum suorum.

Jeronimus. Tales si alii habent per vanitatem demonstrant: ut phariseus ille impius faciebat quod dicebat. Deus gratias tibi ago quod non sum sicut ceteri hominum raptores. id est.

Cassiodoro. Memento enim quod tota virtus huius psalmi contra hoc execrabile humani generis vitium probatur opposita. ne quis domino putet absconditum. quod in conscientie sue penetrabili recondit absconditum.

Hugo. Postea ostendit quod modo a peccato que ad confessionem est inductus a primu est flagellum dei. Unde dicit.

Quia die ac nocte. Iam assidue. Gravata est super me manus tua. Quia me ad confessionem humiliare non habui. manus potentie tue me castigando humiliavit.

Cassiodoro. Et merita huius peccati non sunt a castigationis pondere non resistit. Aliter enim feliciter humiliatus non esset nisi eum manus divinitatis castigaret.

Unde iste sic humiliatus consequenter subiungit. **Hugo**. Conversus in eum. Ita mea. Et ad cognoscendum eternam meam. et misericordiam.

Jeronimus. Dum configitur mea. Spina. Et dum configit me conscientia peccati. per spinam enim figitur stimulus conscientie peccatrici. Translatio romana habet. dum configitur spina.

Hugo. Secundum hunc spiritum. hunc spiritum figit superbiam. quia sicut dum spina dorsum que totum corpus erigit confringitur homo fit confractus sic confracta superbia homo incurvatur ad humilitatem. Idem.

Cassio. Dum enim hec spina confringitur homo ad deum convertitur. Ex quo sequitur confessio. de qua subiungit. Delictum meum. Id est peccatum omissionis. Cognitum tibi feci. Per veram confessionem. Et iniusticiam meam. Id est peccatum commissionis. Non abscondi. Sed confessus sum a patre facti.

Cassio. Delictum vero tibi. quidam leve putant eum peccatum quasi negligentius delictum. Iniusticiam autem immane aliquid commissum. Sed puritas confitentis ostenditur. ut nec illud passus sit celare quod credebatur forte.

Jeronimus. Et quia veniale. domine scio te cito remittere delicta: cum tibi fuerint integre reserata. id est. Ipsi.

Idem. firmis in corde posuit ope impleri. Confitebor adverte. h. iij.

sum ~~Augustinus~~ non aduersus
me] ~~Augustinus~~ deum: sicut illi
qui dicunt. de hoc voluit. neq[ue] ad
uersus fatū. sicut illi qui dicunt fatū
meū est. vel stelle me sic fecit. **Cō**
fitebor ergo **L** in iusticiam meam do
mino.] me solum accusando.

~~Nicolaus~~. **L** Et tu remis
isti.] quantū
ad culpā a nō q̄ntum ad penam.

~~Grego~~. quia procul dubio
aut homo in se aut
deus cum hominē vindicans puit
Dauid post confessionē audire me
ruit a nathan. dominus trāstulic
peccatum tuum. a tamen multis
cruciatibus afflictus est postea.
Et licet nos vnda baptismatis a cul
pa primi hominis abluimur. tū
pena reatus videlicet carnaliē mo
ri nobis **Collector**. **L** Abbitq[ue]
manet.

Collector. **L** ipieta
tem peccati mei.] iam agimus ma
lum vel loquimur vel cogitamus
peccatum est. **Cum** autē idipsum deo
abscondere volumus iam non so
lum peccatū est sed impietas p̄ti.

~~Calliodorus~~. **I**mpietas
peccati fuit
quia tacere decreuerat a hoc illi oc
cultare. cui omnia ante q̄ fiant sūt
notissima. **Dic** magna pietas dei
tatis ostenditur. vt ad solam pro
missionem deuotionis subito p̄cā
relaxauerit. quando sic iudicat pi
um votum quē ad modum opera cō
mis effectum. dixit em̄ in corde suo
domino non tacere que gesserat. a
tanq̄ illi cuncta prohiberit: ita illi
remissa sunt que voluit confiteri.

~~Augustinus~~ cōfessio mea
ad os non dū
venit. a tu remisisti. **Magister** sen
tenciarum libro quarto. **I**gitur si
ante confessionem per cordis cōtri
tionem deus per seipsum sine mini
sterio sacerdotis debitor omnino
relaxat. a animā a contagio pec
cati interius purgat. **Quid** ergo bi
mittit aut quid operat[ur] sacerdos. e
hoc sane dicere a sentire possumus
q̄ solus deus peccata dimittit aut
retinet a tamen ecclesie contulit po
testatem ligandi atq[ue] soluendi s̄
aliter ipse soluit a ligat aliter ec
clesia. **I**pse enim per se tantum di
mittit peccatum. **Nam** leprosu pri
us sanitati per se restituit. deinde
ad sacerdotes misit quorum iudi
cio ostenderetur mūdatus. ita eti
am lazarus obtulit discipulis sol
uendum. quia etsi aliquis apud
deum sit solutus: non tamen in fa
cte ecclesie solutus habetur. ni
Immola deo sacrificium laudis.
nunc prauos a laude sua excludit.
ne lingua eorum presumat deo
laudes canere. quibus turpis con
scientia poterat obuiare. vñ dicit

Peccatori autem dixit deus qre
Hugo tu enarras iusticias
meas. que sunt de p
mijs bonorum. a de penis maloz

Calliodorus. Hoc est
de illis
peccatoribus intelligendum. qui
corde indurati sunt. a a scelerum su
orum prauitate non desinunt. **C**e
terum conuersis a penitentibus
laudes non interdicit diuina demē
cia. **S**equitur. **L**et assumis. **I**ndi
gna presumptione. **L**estamentu
meum. **I**tam nouum qd vetus **L**p
os tuum. **H**oc interdicit pecca
tori ne per os sceleratum atqz blas
phemum sancta a veneranda ver
ba posse progredi videantur. **I**n
cipit enumeratio eorum quibus
dei verbum interdicit esse cogno
scitur. **V**nde dicit. **C**u vero odi
sti disciplinam. **O**dit disciplinam

qui ad correctiones iustas iniqua
presumptione remurmurat.

Jeronimus. La proiec
ti sermo es
meos retrorsu: quia que predica
bas in ecclesia non custodiebas in
vita.

Nicolaus. Deinde
particulari exprimit vicia patrum
dicens. Si videbas furem curre
bas cum eo: videlicet in furto eius
participando. vel exemplo illius
aliud furtum committendo. aut se
quendo concupiscentiam oculorum
tuorum. La cum adulteris portio
nem tuam ponebas. quando ei
in adulteris laudibus vel in conse
taneis voluptatibus es adiunctus.

Cassiodorus. Quia si quis da
do pecunias aut
consiliando: aut laudando ammi
nicula prebet adultero. quibus vo
ta sua perficiat. habere ibi sine
dubio dimoscitur portionem. Nam
si sui facultas suppetit et a malo non
reuocat excedentem. Ipse quoque p
ticeps probatur erroris. quia debe
mus hanc conscientiam caritati ut
neque nos neque alios perire patia
mur. hec littera ita debet accipi
ut in his peccatis prehabitis omnia
crimina vetuisse videatur.

Jeroni. Quibus cum tu pecca
tor commiscueras
portionem tuam quam cum deo et
angelis habere debueras pones
illam in inferno. **Cassiodorus**. de fur
to atque adulterio arguit peccato
res. nunc etiam de conscientie pra

itate et lingue dolositate ac iusta
iracundia. Os tuum id est co
itatio cordis tui abundauit ma
lia. Tunc enim malicia cordis
abundat quando in istius seculi dele
ationibus mens humana pro
ceditur et per diuersa genera pe
ccatorum iniqua voluntate grassa
ur. et lingua tua concinnabat do
los. id est componebat.

Jeronimus. Hoc multis
modis intel
ligi debet. nam qui falsum laudat
dolum facit. et qui contra filia maligna
prestitit: in eadem iniquitate ver
satur. Et qui male agendo bene lo
quitur: in hac prauitate deducitur.
Et quicquid postremo verum aut sim
plex non fuerit dolosis moribus
applicatur. Aptissime autem positum
est concinabat quia decipie nciunt
mos est sic falsa componere. ut in ali
quo lepore verborum audientium audi
bus blandiantur. sicut in. liij. ps
est dictum. Molliti sunt sermo eius
super oleum. et ipsi sunt iacula.

Hugo. Consequenter redargu
it patrem quod ipse
fratri falsum crimen dicens. Sed
cu studio nocendi aduersus fra
trem tuum lo
Nico. accusando i
iudicio vel calumniose ipsum ob
iurgando. La aduersus filium matris
tue et aduersus proximum tuum.

Cassi. qui est filius matris tue
vix ecclesie catholice. que
tibi per regnacionis patris sui caritate
iunctus est. ponebas scandalum
plendo ei occasione ruine ex verbis

*Concinabat. malle per
gale 99. h. d. p. 9/10 d.*

*fransal
132 r. m. d.*

tuus malis ~~Jeronimus~~.
a factis.

~~Dee~~ fecisti a tacui. Quia exami
nanda ea futuro iudicio reseruaui

~~Nicola~~ Deus enim mala
nostra non statim

punit sed frequenter differt sedm
ordinem sapientie sue. Et ite o vide

tur malis qd non debeat alias puni
re. Deo subditur. ~~Christimasti~~.

o tu lingue qd ero tibi similis. v
q non displiceant michi peccata

tua. eo q non statim punio ipsa.
sed expecto tempus debitum. Deo

subditur. ~~arguam te~~. salte in mor
te. ~~Jeronim~~ Vel in iudi

cio futuro :
cum in sinistra parte sedis mee fu

eris collocatus. ~~La~~ statuam. ~~stunc~~
peccata tua. ~~contra~~ faciem tuam.

~~Hugo~~ quia peccata tua te
accusabunt p remor

sum conscientie : quasi quedam p
sone stantes

contra te. ~~Calliodo~~.

Per hanc autem sententiam : futu
ri iudicii cognosimus qualitatez

quia omnis peccator ante se vide
bit stare quos se putabat obliui

omis beneficio pterisse. horror im
mensus formido inestimabilis il

la. homines videre per quos se no
runt ad eterna supplicia peruenire

Vnde ~~Jer.~~ ij. ait. Arguet te mali
tia tua. ~~Hugo~~ ppter quod p

pheta monet
penitentes vel peccatores vt couer

tantur dicens. ~~Intelligite~~ sed est
in corde reuoluit. ~~hec~~ videlicet su

pra dicta quid dñs reprobet qd

requirat. ~~La~~ obliuiscimi deunt.

~~Calliodo~~ qui contemni
tis iniqua pñi

ptione precepta ipsius. ~~ne~~ quan
do. ~~ne~~ aliquando ~~rapiat~~ sed est

rapi vos ~~Nicola~~ de pñi
permittat. ~~Nicola~~ vita

ad mortem vel ad iudicium. ~~La~~ no
fit qui eripiat. ~~quia~~ i inferno nul

la est re ~~Calliodo~~ qñ do
temptio. ~~minu~~

ad vindictam trahit. non est qui
liberare possit. ~~Ad~~ idum quippe cū

a ipse auctor criminū eterna cruci
atione damnetur. ~~Sacrificium~~

laudis honorificabit me. ~~non~~
quale scelerati canunt. sed quale

pura mens consuevit off erre. ~~Ip~~m
em sacrificium laudis honorat do

minū. quod puritate fidei : a actio
nū probitate fuerit imolatum.

~~Jeronimus~~ de omni bo
no qd sancti

faciunt deus honoratur. ~~Vnde~~ dic
sanctus paulus. quodcuqz facitis

in verbo aut in opere. omnia i glo
riam dei facite. vt sedm euangeliū

videant opera vestra bona a glori
ficent patrem vñm qui in celis est

~~August~~ Ab hoc sacrificio
excluduntur q ma

le viuūt : a bene dicunt. quia qui
male viuendo offendunt deum no

laudant. ~~Sequitur~~. ~~Let~~ illic iter. ~~Christi~~ iter

~~Jeronimus~~ per opera sã
ctoꝝ e. ~~Lim~~ q o ñdã illi salutare dei. ~~La~~

~~Hugo~~ manifestato me
ipsum illi : qui prece

pto dei patris saluaui mundum.

Etiam qd fuit p pñi

Castio Vel illic hoc est in sa-
crificio laudis est iter
hoc est beatissima psalmodia que
ducit ad dominum christum Glosa
Scita que ducit ad celi terreque ere-
atorem. Verum istud iter non pe-
ditibus sed sanctis mentibus ab-
latur. Quod si puro corde gradia-
mur nos ducit ad christum fitque
nobis illa scala Jacob. que ascen-
dentes perducit ad celos

Augustin⁹ In princip-
o huius ps
quantum nobis valeat sermo si
ad correctionem vite nostre: et ad
speranda premia eiusque penas me-
tuendas vnus quisque in se metiat.
et conscientiam suam ante oculos
eius sine dolo ponat. nec sibi blan-
diatur in tanto periculo. quoniam
ipse dominus deus noster nulli bla-
nditur. et si consolatur nos promit-
tendo bona sua et confirmando spes
nostram. male viventibus tamen
et contemnentibus verbum suum
omnino non parcat. Interrogat se
vnusquisque dum tempus est et ubi
sit videat. et aut perseueret in bo-
no aut mutetur a malo. Sic enim
dicit in hoc psalmo. non quicum-
que homo: aut non quicumque ange-
lus sed deus deorum dominus locutus est.

Collector In quo psal. hoc
ribili premoniti-
one nostris incutitur mentibus il-
la extremi iudicii dies metuenda
de qua sophonias propheta primo
dicit. Dies illa dies ire. dies tribu-
lationis et angustie. dies calamita-
tis et miserie. dies tenebrarum

et caliginis. dies nebulæ et turbis.
dies tute et clangoris. In qua vn-
uersorum actus durissima exami-
nabuntur discussione. Quapropter
preueniamus faciem nostri iudi-
cis. in compunctione cordis fletu
lacrimarum: prius quam ab hac vita
rapiamur ad iudicium. dum adhuc
nobis tempora restant penitendis
quatinus ab hac terrestri domo
nostra educi. placatum inuenia-
mus dominum: ac redemptorem
nostrum ihesum. cui cum patre et
spiritu sancto est honor et gloria
in secula seculorum Amen.

Psalmus .i.

Miserere mei Deus secundum

magnam misericordiam tuam.
Titulus. Psalmus dauid: cum
venit ad eum nathan propheta:
quando intrauit ad bethsabee.

Nicolaus Sciendum quod
hoc non fuit
immediate post adulterium quod
commisit dauid cum bethsabee.
sed quando post mortem vris da-
uid accepit ipsam in uxorem. tunc
venit nathan ad arguendum da-
uid de peccato adulterij: vt habe-
tur secundi regum duodecimo

Crisostomus super e-
undem
psalmum. nathan igitur propheta
veniens arguere dauid de peccato suo
non dixit o iniquus. o imunde. o adulter

o homicida. sed sententiam qua
sanaret vulnus peccati ad tempus
abscondit sub umbra parabole
dicens. Duo inquit viri erant in ci-
uitate vna. vnus diues et alius pauper
Diues habebat centum oues. pau-
per solam ouiculam. Diues paupe-
ri vicino abstulit solam suam ouic-
ulam. Iudicante igitur dauid. quod
diues qui hoc fecerat dignus esset
morte respondit Nathan. sic tu feci-
sti. qui cum multas vixores et concu-
binas haberes. vnam quam ha-
bebat viuas rapuisti. Dauid ergo
velocius rediens ad conscientiam
dixit. Deceui dominum. Statimque p-
phetia abiicit. Dominus transtu-
lit peccatum tuum. Non morieris
Nec dico ut audiant peccatores.
et qui in multis delictis sunt non
desperent. medicinam domini tan-
tum feliciter penitent. Attendant
quod bonitas et indulgentia clemen-
tissimi dei sine mora secuta est post
confessionem fidelissimi famuli eius.
Unde alter propheta. Dic tu prior
iniquitates tuas ut iustificeris

Cassiodorus latronis
inuitat repentina confessio. Petri
lacrimas subito gaudemus fuisse
respectas Blanditur nobis momen-
tanea humilitas publicani. Dauid
autem dum sua peccata prolixius
narrat detegere. debet exemplum
unde se generalitas possit absolue-
re. **Crisostomus**. Considerate
ergo diligentius siue iusti siue pec-
catores. vtriusque enim parti utilis est
iste psalmus. peccatori autem ne

semetipsum despiciat aut propter
magnitudinem peccatorum suorum dei
clementiam desperet. Iusto autem ne
in prosperitate aut aliqua pacis se-
curitate consistens per negligenti-
am aut desidiam obtorpescat. quoniam
enim de se possit confidere: quando
prophetam audiuerit in tantis pec-
catis lapsum. de quo ipse deus ta-
le protulerat testimonium. Inueni
dauid filium yesse virum secundum cor-
meum. Iste inquam vir qui testi-
as superauit: qui Goliath interfecit
et leonem suffocauit. qui versus
constrangulauit. ut habetur pri-
mi Regum. xvij. Qui in regali culmine
vitam monachi imitabatur. Dice-
batque. Non margaritis ornabo le-
ctum meum. sed lacrimis per sin-
gulas noctes lauabo stratum meum
In die procurabat palacium. et
nocte deo vacabat. ut si forte in die
aliquid contraxisset peccati. per no-
ctes lacrimis expiaret. et tanquam in
portu quietus degens familiaris
colloqueretur deo. Iste autem ta-
lis ac tantus vir: spiritus sancti
graciam habens in iuuenili etate
senior qui usque ad ethera celi per-
uenit. ut desuper mereretur lau-
dari post victoriam bellorum. post
sobrietatem post castitatem. post
modestiam: cum obtinuisset et re-
gnum gentesque subiugasset. et pauper
vniuersa teneret. tunc negligentior
et seignior factus est. ut addiscat
quantum bonum sit tribulatio: quod
tanquam virtutum omnium mater est
Interea dum haec securitas esset: conti-
git vti ambulans in meridie in

Whitby sand
by my

Whitby
vnde

lento
pau
p. l. m.

solario domus regie curioso oculo
videret mulierem ex aduerso se la
uantem et concupisceret eam. Erat
mulier pulchra valde. sed pulchritu
do non est in culpa. quia pulchritu
do est dei donum. Sed quid est spe
ciosa mulier. se pulchrum dealbatu
nisi fuerit sobria casta et pudica.
pulchritudo est sine hys virtutibus
parans precipitium. venenum in si
pientibus compositum. Decus ei
marcescit corporis infirmitate. et
pulchritudo egritudine tatescit. Ani
me autem pulchritudo immortalis
est et eterna. Videns itaq; dauid
mulierem militis speciosam sagit
ta libidinis tactus est corde per fe
nestras oculorum. Audiant curi
osi qui pulchritudines considerant
alienas in spectaculis theatralib;
et ad excusandas excusationes in
peccatis dicunt Spectamus quidem
sed nihil nocemur. Dauid tantus
ac talis lesus est et tu. te putas non
posse ledi. Ille lesus est qui tanta;
habebat spiritus gratiam. et tibi
quomodo potero credere sine vul
nere euasisse. et ille quidem non
vidit meretricem nisi de solario do
mus sue. Tu autem in theatro vbi
et locus condemnat animam sapie
tem. **U**bi enim non solum vides
res infaustas. sed etiam audis spur
ciloquia et ex ipso incessu meretri
cis habitusq; molliris vbi audi
tu et cantu dyabolico leduntur
aures. et vndiq; percutitur mens
tua. et cum tante sint corruptele
tantaq; precipicia quomodo possis
tibi credere qd a talibus testis vul

neratus non sis. Nunquid lapi
deus es aut ferreus es. et non arde
bis. pone lucernam in fenem si po
tes dicere. quoniam non exurit
fenem. quod autem fenem est
hoc est non. **Augusti.** Atten
stra natura. **Augusti.** Sed et
est ergo infirmitas carnis et recor
danda sunt verba apostoli dicen
tis. Non regnet peccatum in vobis
mortali corpore. Non dixit non sit.
sed non regnet. Inest peccatum cu
delectaris. regnat si consenseris.
sed respondes. fortiter me teneo.
nunquid tu fortior qd dauid.

Cassiodoro. peccata in re
bus letissimis
plus cauenda. Dauid in sauis p
secutione numerosas virtutes ex
eruit qui positus in regni securita
te deliquit. quo facto docemur fel
icitatem mundi istius non oportere
perquiri. quando magis in affli
ctione proficitur et in prosperitati
bus plerumq; peccatur. Dauid ita
q; exemplat peccatoris vel penite
ntium non excusans peccatum suu
sed ipsum publice confitens mise
ricordiaz domini humiliter implo
rat dicens

Miserere mei deus.]

Hugo. quia miser factus
sum per peccatum
quia vt habetur in prouerb. xiiij.
Miseros facit homines peccatus
et quia magna est miseria mea.
miserere mei. **scdm magnam mi
sericordi.] Jeronim?** est mi
am tua.] **1102**

miseri cordia dei hic i presenti hoc
est quia homo cum non esset: ex ni
chilo creauit illum deus vt esset. a
regit ac gubernat. Maior miseri
cordia est quando ipsum hominem
quem creauit a recreauit a in futu
ro remu **Calliodorus**
nerat.

Quis enarrare sufficiat quanta dei
sit misericordia vt mundi creatorē
de celo de posuerit a terreno corpore
induerit conditorē. eum qui i eter
nitate patri manet equalis. mor
talitate coequauerit a nobis. for
mam serui domino mundi impo
sit vt ipse panis esuriret. a fons vite
sifiret. virtus infirmaretur. omni
potens vita moreretur. **Rue** demiq
maior misericordia q̄ propter nos
creari creatorē. seruū dō minato
rem. vni redemptorem. humiliā
ri exaltatorē. occidi vniūficatorē.
Hec eāt illa magna misericordia
domini quā sand⁹ vir explicare n̄
poterat sed facile se per eam crede
bat absolui per quam humanū
genus iam tunc cognoscebat pos
se liberari. **Sequit̄** **Et** sedm mul
titudinem miserationum tuarū.]

Glosa deus misericors est
tor in esse **Nicola** Imploran
tu. **Nicola** dō misera
onum multitudinem ostendit sue
culpe multiplicatē dicens

Iero Confugio ad misericōdes
tuas a grauibus vulneri
bus ariacā remissionis ifundas vn
de subdit. **Calli**
tatem meā.] **Calli**.

Peccata tū ergo in omnibus delictis
suis pietatis multitudinem vt illa
mereretur euadere que diuersis te
poribus se meminere perpetrasse
Prudentissime autē delicti nullū
volebat remanere vestigiū quia
ille solus in libro vite cōscribitur
cuius omnia peccata delent **Chri**
sost. super eundem psalmum. **S**
dyabolus penitentis fiduciam in
tanta miserationum dñi multitu
dine fixam obscurare nitens. hu
iusmodi suggestiōibus eum pul
sat dicens. Omnes iuuentutem tu
am oēm vitam tuam p̄didisti. an
te eras in theatro cum amicis. in
chorea cum sodalibus. in lupana
ri cum meretricibus. Deinde rapu
isti. auaricie studuisti. periurasti
blasphemasti. Quid tibi iam spes
salutis est. peristi. fruerere ergo iaz
vt presētis vite voluptatibus. du
cito cor tuum i leticia. **Hec** dyabo
li verba sūt. ista inimici consilia.
Sed mea verba sunt contraria. si
lappus es poteris surgē. peristi po
teris saluari. fornicatus es si pote
ris te cōtinere. ad spectacula p̄ue
bas. sed poteris reuocare pedem.
vbi q̄ in vtraq̄ pte liberū habes
arbitrium. tantum vel parua inci
piat esse conuersio tua. paulūq̄
penitere. redi ad conscientia; tuā.
et funde lacrimas. cōsidera te met
ipsum. propone ante oculos tuos
iudicij diem. a paradisi delicias q̄
preparantur sanctis. **Peccasti** pe
nitere et confitere dum adhuc vi
uis et in ipso lectulo positus ecia
si dñi potest exanimans. penitere

no magister hinc
magister
et

etiam de hoc mundo exiens: ut de
hac compede libereris. non impe
ditur temporis angustia misericor
dia domini. Quomodo inquit et
qualiter mille criminibus obnox
ius non possum in nouissimo die pe
nitere. Potes et valde carissime.
In exitu tuo deum cogita. testame
tum relinque pauperibus. tu illic
vadis et opera tua maneat. No
lo mihi dicas. Unde nosse poteris si
qualemcumque veniam habeo ubi
misericordia dei imploratur. Que
stio non expetit. Misericordia
dei inestimabilis sine fine est que
comprehendi non potest superans
omnem sensum. Quid enim est pec
catum ad domini misericordiam.
Tela aranee que vento flante nus
quam comparat. Hec dico non ut ne
gligentes vos faciam. Quia si ut ad
fidem vos salutaris expectationis
abducam. Sequitur. **A**mplius.]
hugo id est multum. Transla
tio enim romana huius vs
quequaque id est a pena et culpa.
laua me ab iniquitate mea.] quaz
commisi in proximum. et a pecca
to meo munda me.] quod in me ipso
contraxi per voluptatem carnis
mee. **Jeronimus.** Achi
dicat. Tu potes mihi plus remittere quam
ego te intelligam rogare. Conse
quenter penitens inducit persuasi
onem ad impetrandam dictam re
missionem dicens. Quoniam in
iniquitatem meam ego cognosco.]
Calliodorus. Illi pro
bantur

cognoscere peccata sua qui ea vide
tur propria execratione damnare
Perfecta enim penitentia est futu
ra cauere. et preterita ligere.
Hugo. Et quia ex cognitione
iniquitatis mee puni
or. Idcirco peccatum meum con
tra me est semper.] in conscientia
remor
dente. **Calliodorus.**
Iuste ergo petebat absolui qui iam
hinc formam illam visus est sibi fe
cisse futuri iudicii. Hic ergo qua
si iam in futuro iudicio constitutus
delictorum suorum aspectus tere
rimos per **Christolomus.**
Si ergo tu memor sis peccati tui:
deus non erit memor. Unde ipse ait
Ego sum inquit dominus qui deleo
iniquitates tuas. Tu vero memor
esto earum. Ut quid ego memor
sum. et ut gratior inquit sit miseri
cordia mea. et sentias et cognoscas
quid tibi concesserim. Sancti enim
virtutes suas non meminerunt:
sed peccatorum suorum memori
am in publicum reuocabant. Tu
ergo bonum si quod operaris abs
conde et peccatum tuum confitere
quia peccare non erubuisisti: nec eru
bescas confiteri. habeto codicem con
scientiam tuam. et scribe peccata
quotidiana. Et quia per diem te
occupat iniunctum tibi negotium:
confabulatio amicorum: domesti
corum necessitas filiorum cura: et
uxoris sollicitudo et malicie timor
et mille cause circumdegerunt te. Id
circo cum in lectulum tuum vine

ris vt sopori membra concedas a
nemo tibi molestus est. nemo te
pulsat: ante q̄m veniat tibi somn⁹

Aperi codicem conscientiam tuam
remisere peccata tua. **S**i quid in
verbo in facto in cogitatione pecca
sti. **H**oc enim dicit in quarto psal
mo. **R**ue dicitis in cordib⁹ vestris
et in cubilib⁹ vestris compungi
mini. **D**icite anime tue in corde tuo

Vbi et quomodo o anima expen
dimus diem. **R**uid boni fecimus
aut quid mali operati sumus. **S**i
quid boni fecisti: gratias age deo.

Si vero quid mali: de cetero non fa
cias. et remisere peccatorum tu
orum. effunde lacrimas et poteris
in lectulo tuo ea delere. **P**ropone ti
bi timorem gehenne. iudici⁹ ter
ribile facio tibi metipsi. et prepa
ra ad confessionem cogitatum tu
um vt nō in futuro die peccata tua
reorientur. **S**i sic contra te pecca
tum tuum est semper: certe veniaz

consequere

Nicolaus **T**ibi so
li peccavi. **S**cilicet tanq̄ iudici a pu
nire potenti. **P**eccauerat enim con
tra **V**riam occasione adulteri⁹ et
homicidij: tamen quia erat rex nō
habeat iudicem superiorem qui
posset eum punire nisi deum. **V**nde
beatus **J**heronimus in libro de summo
bono ait. **F**acta subditorum iudi
cantur a nobis. nostra autem de⁹
iudij

Hugo **L**et malū] com
missum in proxi
mum **C**oram te feci. **I**d est te pre
sente a vidente qui vbiq̄ es et om
nia nosti. **C**assiodorus. **A**rgu

it igitur clementiam suam qui nō
expauit tanto iudice presente pec
ca

Hugo **E**t quomaz coram te
peccavi: oro vt mun
des me **V**t iustificeris. **I**d est vt iu
stus et verax inueniaris **I**n sermo
nibus tuis] quibus promisisti ve
niam peccatoribus penitentibus

dicens **E**zechielis. xvij. **R**uacinq̄
hora inze muerit peccator omniū
iniquitatum eius non recordabor
amplius **L**et vmeas. **I**d est superes
omnes alios in iustitia **L** cum iudi
caris. **I**d est cum mihi a alijs in iu
dicio compararis **V**nde **J**ob. xxv.

Nunquid iustificari potest homo
comparatus deo. **V**el penitens cō
fiteatur christo homini peccatorū su
um dicens **L** tibi soli peccavi. **Q**ui
solut sine peccato es **J**heronimo tu so
lus vere potes arguere a punire
pecca

Glof **I**lle est iustus
reprehensor qui
non habet in se quod reprehenda
tur. **L** et malum coram te feci. **Q**ue
n ullum lateat

Jeronimus
L vt iustificeris in sermonibus tu
is. **J**ustificatus es domine **J**esu in
sermonibus tuis ductus pro popu
li peccatis ad mortē non est inuen
tus dolus in ore tuo **L** et vmeas tuis
iudicaris. **V**iaisti iudicatus tuis in
te nihil dignum morte princeps te
nebrarum inuenit **V**icit christus
dyabolum. vicit et mortem. **V**nde

Osee iz. dicit **E**ro mors tua o mors
Consequenter penitens allegat
peccatum suum remissibile ex hu
mana fragilitate dicens. **L** **C**ce

Cce

Cce

Cce

Cce

Cce

Oru fca
pno

enī in iniquitatib⁹ conceptus sū.]

Nicolaus. quia homo ab Adam per carnalem generationem in unione anime ad corpus contrahit originale peccatum quod est ad peccata actualia inclinatum ratione somitis remanentis. etiam in illis qui mundati sunt ab originali peccato in quantum est culpa. **Thomas** in compendio. Nam culpa originalis peccati in baptismo quantum ad reatum damnationis purgata adhuc remanet fomes a proinitas peccandi quantum ad fomitem cupiditatis cum qua nos oportet pugnare. **Collector.**

Vnde Apostolus ad Romanos vij ait. Scio quia non habitat in me hoc est in carne mea. bonum. Et infra. Video aliam legem id est naturam pronam ad peccatum. in membris meis repugnantem legi id est rationi meae. **Gregorius.**

xi. moralium. Hinc est quod homo plerumque temptatur nolens: et immunda quedam in mente patitur quibus ex iudicio rationis reluctetur. quia conceptus de immundicia ad mundiciam tendit. hoc conatur vincere quod est. Quisquis autem occulte temptationis motus atque immundiciam cogitationis euerit: nequaquam sibi ad suam mundiciam tribuat. quia de immundo conceptus semine: mundum nullus facere potest nisi qui mundus per seipsum solus est. **Dugo** Et licet non sit

nisi unum originale peccatum. tamen dicit in iniquitatibus conceptus sum. vel propter pluralitatem sequela scilicet miserie vel pene. Vel propter pluralitatem nominum originalis peccati. habet enim xv. nomina ut colligi potest in glossa ab Romanos quarto et quinto capitulo. Et in peccatis meis concepit me mater mea. id est in concupiscentiis libidinis. que peccatum esset. nisi per bonum coniugii excusaretur. **Augustinus.**

Nemo nascitur nisi trahens penam mortis a meritum pene id est peccatum originale ex adam. dicitur in alio loco propheta. Nemo mundus in conspectu tuo: nec infans unius diei super terram. Non igitur in iniquitate concipiuntur homines et in peccatis a matribus aluntur quia peccatum est in concubibus. sed quia illud quod fit: utique fit de carne penali. Pena enim carnis mors est. **Vnde** Apostolus ait. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Opus hoc castum in coniuge non habet culpam. sed origo peccati trahit secum debitam penam. Erat enim dominus mortalis sed non de peccato suscipit penam nostram. sed soluit culpam nostram. Merito ergo in Adam omnes moriuntur. in christo autem omnes vivificabuntur. **Calliodorus.** Sicut enim in predicto versu commune delictum approbavit. quia nemo a peccatis rediretur ex

Sanctus spiritus
tus sic iterum per suam confessio-
nem sibi supplicat subueniri quom-
am in confitendo peccatum verita-
tem asserit. **HUGO** Cce enim
dicens **hugo** veritatem di-
lexisti. lib est in confitente. seipsum
accusante. quia si ipse accusat: tu ex-
cusas. ignoscis confitenti seipsum
tamen pu **Callis** Non enim
nient. **Callis** delectatur
deus penis nostris sed confessione
querit erroris sicut scriptum est No-
lo mortem peccatoris sed magis ut
conuertatur et viuat. **Incerta** et oc-
culto sapientie tue manifestasti mi-
hi. **August** **Rue** incerta et q
oculta sunt. q
videlicet deus ignoscit talibus ma-
gnis peccatoribus: nihil tamen incer-
tum tamq occultum. **Ad hoc** incer-
tum nimium penitentiam egerunt
Postq enim **Jonas** propheta sen-
tentiauerat dicens **Abhuc** quadra-
ginta dies et nimium subuertet. **Ipi**
nimium predicauerunt ieiunium et
restiti sunt sacris atq penitentiaz
agentes dixerunt. **Ruis** sat si con-
uertatur et ignoscat deus et reuer-
tat a furore ire sue et non peribim?
Incertum erat cui dicitur. quis no-
uit. de incerto penitentiam egerunt
certam misericordiam meruerunt
Hoc incertum et occultum patefecit
deus seruo tuo **Dauid** quia cui
ipse **Nathan** propheta ipse argu-
enti respondisset **Peccauit**. statim au-
diuit a propheta id est a spiritu dei q
erat in propheta. **Dimissum** est tibi
peccatum. **Nicola** Vnde da-
uim. **Nicola** uis conse-

quenter cum fiducia petit gratie
restitutionem. **Et primo** petit gra-
tiam iustificantem dicens. **Asper-**
ges me domine. lib est aspergas.
Hebrei non habent optatum mo-
dum sed pro eorum futuro in-
dicatum. **Lyso** et mundator. **Lo-**
quitur de mundatione spirituali p-
modum emundationis corporalis
quia emundatio leprosi et contami-
nati ex tactu morticini fiebat cui
lyso ut haberetur in leuitico. Et in
hoc confitetur **Dauid** se incurrisse
lepram et mortem spirituales. **La-**
uabis me. et laues me aqua gra-
tie tue. de qua dicitur **Ezechielis**
xxxv. Effundam super vos aqua;
mundam et mundabimini ab om-
nibus iniquamentis vestris. **Let**
super niuem dealbabo. quia deal-
batio spiritualis maior est corpora-
li et melior quanto spiritualia cor-
poralibus. **HUGO** Aliter. **Lyso**
preferunt. **HUGO** est herba par-
uissima petris locis radicitus ad-
herens. tumore pulmonis sanas
unde signat humilitatem que in chri-
sto petra radicitus. et tumore su-
perbie sanat. **Dicit** g. **Asperges**
me domine lyso. lib est penitentia
humilis et mundator. a peccatis
per contritionem. **La uabis me.** in
fonte lacrimarum per confessionem
Let super niuem dealbabo. per sa-
tisfactionem. **Et tene** dicit super ni-
uem dealbabo. quia candor iusti-
ficate anime omnem superat can-
dorem visibilis creature. **Auditu**
meo dabis gaudium. **Cum**
a leticiam. **Jeron** iacens
p. 110.

*Lyso - p. 110
mundans gaudium p. 110*

*Lyso pulcherrimum
p. 110*

*Lyso - p. 110
mundans gaudium p. 110
Lyso - p. 110
Lyso - p. 110*

in infirmitate peccati audire meru-
ero. homo: dimissa sunt tibi pecca-
ta tua **Cassi.** Gaudium pertinet

ad absolucem. leticia ad perpetua premia possiden-
da. Hoc est autem audire gaudium
a leticia: quod promittit absolu-
tis. Venite benedicti patris mei p-
cipite regnum quod vobis paratum
est ab origine mundi. Et audita hac
voce **Exultabunt ossa humiliata**]
id est virtutes que fuerant prius
peccatis humiliatae **Exultabunt**
ossa hu-

Nico id est tanta erit
humiliata **Nico** exultatio in me-
te mea quae redundabit ad corpus
meum in terra humiliatum. quae ex
penitentia David iacuit in terram
habes. ij. Regum. xij. **Huerit faciem**
tuam a peccatis meis.] vt non spi-
cias amplius ea ad puniendum.

Let omnes iniquitates meas dele-
] sicut delent **Cassi.** quia omne
scriptura

Cassi. peccatum
nostrum quasi quibusdam tabulis
scribitur cum in diuina noticia con-
tinetur. Salutarium autem compendio
quod quid accusari poterat remitti si-
bi subynare **Nico.** Et quia
omnia postulabat **Nico.** hoc non
potest fieri sine gratia iustificante

Ideo repetit petitionem suam iam
positam de iustificatione per gratiam
dicens. **Oratio.** mundum crea in me
deus. Et dicit crea quia gratia iustifi-
cans a deo in a-

Hu. Petit natu-
ralium est i-
tutionem quae per peccatum vulneratus fu-
it in naturalibus. a spoliatus in gra-
tuitis unde consequenter petit est i-

tutionem gratia **Nicol.** Let spi-
ritus dicens **Nicol.** ritus re-
ctum. id est recte tendentem in deum
] in noua in visceribus meis.] hoc est
in corde meo quod sit per gratie resti-
tutio **Aug.** quando se homo

nem. **Aug.** pro num facit ad
terrenas concupiscencias: incurua-
tur cor quodammodo. cum autem
erigit ad superna: rectum fit cor eius vt
bonus fit **Hu.** De reificatio
illi deus **Hu.** ne spiritus dicit

Aug. Spiritus rectus est qui fit
vt anima in veritate quae ten-
da deuiare atque errare non possit.
vnde in ymno spiritus sancti dicitur
Ductore sic te prouo vitemus omne
noxium **De** proicias me a facie
tua **Cassi.** Projicitur a facie qui

Cassi. curari dicitur. **Sci-**
ebat enim ab illius facie sanitate
mentis a lumen sapientie venit.
a credebatur se inimico tradi si a vul-
tu domini iudicaretur expelli] a spi-
ritum san-

Hu. id est spiri-
tum tuum.] **Hu.** tu; prophete
vel donum; spiritus sancti quo pe-
ccatum meum cognosco: confiteor:
peniteo.] ne auferas a me.] per hoc
petit pseuerantiam: a presentia;
spiritus sancti continuam. **Rede**
michi.] **Aug.** Leticiam saluta-

Aug. ritus tui.] vtique
sti tui quam peccando amiseram.
Debraica littera habet leticia; Je-
su tui. Quis enim sine illo sanari po-
tuit. quia et antequam de Maria na-
sceretur in principio erat verbum
Et ita sanctis patribus dispensatio
suscepte carnis futura credebatur

p. mag. aut. egr. o. pol. l. m.

sicut a nobis facta creditur. tempo-
rariata sunt: **HUGO** Let spiri-
non fides.

HUGO tu princi-
pali. lib est gratia spiritus sancti L
confirma me. vt de cetero in pecca-
tum non cadam. Et cum ignoueis
mibi peccata atq; gratia tua fuero
confirmatus: non ero exinde ingra-
tus. quia **O** cebo iniquos vias

tu **Dico** quasi dicat. si mihi
as. penitenti gratia; tu
am restitueris: homines iniqui ex
penitentia mea edocti penitebunt et
sequentur. vias tuas lib est man-
data tua. Let impij ad te conuertere

tur. per penitentiam **Jeroni** vt dediman-
tentiam **Jeroni** tes a vijs
peauis agentes penitentiam mise-
ricordiaz consequantur sicut ego
a te misericordiam consecutus sum.
Iniquitas exercetur contra proxi-
mum

aug Impietas dicitur a
postatae a deo videli-
cet vnus deum non coluisse: a que
colebat dimisisse. **A**ch dicat. **I**ta
plenus es adipe misericordie vt a te
conuersis non solum quibuslibet
peccatoribus sed etiam impijs no-
sit despe

hugo Et qa pessima
randum **hugo** seruitus est sb
di peccatis. et pcpue peccatis car-
nalibus que magis notabilia sunt
in predicatione **I**deo precatur di-
ens **L**ibera me de sanguinibus
lib est de peccatis carnalibus

aug Ad ipsa peccata respici-
ens **A**postolus querem-
unt de corruptioe carnis et sangui-
nis ait **C**aro et sanguis regnum dei
non possidebunt. **A**tendens ergo

multas iniquitates suas et eas re-
tribuens corruptioni carnis et san-
guinis **L**ibera inquit me de sangui-
nibus. **O**mnes nouimus latine no-
dici sanguines nec sanguina. tam-
quia grecus posuit in plurali nume-
ro. eo qd hoc inuenit in prima lin-
gua hebraica. **I**deo maluit potius
interpret minus latine aliquid di-
ce

Cass qd in veritate posita dis-
re **Cass**. crepare. **N**am si diceret
a sanguine: vnus forsitan peccatu
videretur ostendere. sed cum plura-
lem numerum ponit: multa esse si-
ne dubio confitetur. **D**eus deus sa-
lutis mee. **I**fige dominum saluato-
rem per quem pie credentibus da-
tur salus **A**ddidit etiam **L** et exulta-
bit lib est cum exultatione lauda-
bit **L**ingua mea iusticiam tuam. **I**d
est si me liberaueris de peccatis
meis tunc lingua mea iuste lauda-
bit te ppter illud quod in preterito
psalmo dictum est. **P**eccatori au-
tem dixit deus. quare tu enarras iu-
sticias meas. **A**bsolutus enim re-
cte potuit loqui vnde peccator; di-
uina lex suspendit. **I**llud preterea
videtur afferre nonnullis aliquaz
qonem. **Q**uare post absolutionez
delicti dixerit. **L**audabo iusticiam
tuam: et non magis quod aptum
erat posuit pietatem vel misericor-
diam tuam. **S**ed si causam profun-
da ratione consideres iusticie diui-
ne fuit vt audiret se clamante. par-
ceret supplicanti. susciperet confite-
tem

HUGO Misericordie enim
dei est qd dominus
primo infundit gratiam peniten-
s. iij.

Handwritten marginal note:
p. 100. l. 10. v. 10. 10. 10.

tie. **I**usticie autem est qd parat ia penitenti co qd promisit. a hanc dicit se velle exultado laudare. **Domine** labia mea aperies. v apias dando mibi gratiam.

Nicolaus brei enim non habent optatum modum. sed pro eo vtuntur futuro iudicatuui vt dictum est supra. et os meum. quod clausum erat p peccatum. **Aug** laudem nunciabit. **Hugo** tuam. q curatus sum. qua peccans non derelictus sum. qua vt securus esse mundamunda

Nicolaus Petitus sum. et ergo restitutionem gratie quia illi soli qui sunt i gratia possunt debite coram deo os aperire ad ipsuz laudandum. quia non est speciosa laus in ore peccatoris.

Hug Idcirco enim ecclesiasti. xv. **Hug** laudes tibi offeraz. quia non vis amodo sacrificiu pcedu. vnde subdit. **Quoniam** si voluisses sacrificium. pcedum. deditsem. id est obtulisset hinc eo tempore p expiatione peccati dabatur. Sed ego videns i spiritu tempus in quo ista cessabunt: scio qd non vis amodo ex illo tempore sacrificium pcedum. vnde subditur. **Lytiq** holocaustis non te letaberis.

Alia littera habet holocaustu non tibi placet. quia si peccat homo non ideo est bos pumenbus sed homo. Et quia immissio peccati acquiritur ex contritione sufficienti. Ideo subditur. **Sacrificiu** acceptum deo. est. **Spiritus** contritus. id est cum corpore tri-

no pmo
pmpo m
pmpo

no pmo
pmpo m
pmpo

bulatus a vexatus per penitentia. vt spiritus dolore: et corpus labore affici

Callio Ex hoc enim sanantur. **Callio** . crificio non sanguis egreditur: sed lacrimaru fluentia decurrunt. Sequitur etiam huic sententia indubitata promissio cum dicitur. **Cor contritum et humiliatum deus non despicies.**

Contritum dicit penitentie laboribus vehementer afflictum. **Humi**liatum vero scilicet vt quod ante fuerat elatione superbum fieret pia confessione deuotum. **Jeronimus**

Multi enim habent cor contritum sed non habent humiliatu. quia plangunt quod fecerunt. et postea ad ipsum reuerti desiderant quod antea fecerunt: et de preteritis nolunt penitere. **Calliodorus**.

Perquirenduz sane videtur qd frequenter in diuinis scripturis promittentia cor ponatur. Dicit enim in euangelio De corde exeunt cogitationes male. Et Petrus apostolus symoni ait Cor enim tuum non est rectum coram deo. **Isaias** et testatur. Induratum est cor populi huius. Et in quarto psalmo. **U** quo graui corde. **Hic** quoq; superius dixit Cor mundum crea in me deus. vt cunctis indubitante appereat ibi esse cogitationum nostrarum fontem vnde bonum malumq; venire tractatum est. **Con**sequenter supplicat vt quoniam synagoga posita si lege peccauit: p gratiam christi succedat syon hoc

et ecclesia catolice
Nicolaus
voluntaria iudic
militudo dicit
ad syon. **Hug**
debet que deum
dem et ipem. **Pa**
inreparatu. **Lu**
in ierusalem. **Is**
de **Jerom**
sic **Jerom**
ecclesia pnti in co
Glossa et cum
ecclesia. **Jerom**
ecclesia. **Jerom**
cum in **Jerom**
fuit. **Jerom**
peccatoris. **Lab**
dationem. et holo
les le mpo. **Hug**
creatur. **Hug**
vnde in holocaustis
gusta somptuos ely
dum male. **Callio**
quoniam. **Callio**
oblatione. **Callio**
ad holas peccate de
erant post abundant
dicit signas. **Jerom**
mirum vnde dicitur.
penitentiam mortuan
bantur. **Jerom**
malice animas t
curato ad amena
y ptema. **Jerom**
Jerom quando ce
ciertie domini passi
Jeronimus

est ecclesia catholica firmetur di
cens **Nicola** **B**enigne fac

domine in bona
voluntate tua. **id** est sed in dulcorē

miseri cordie. **Hugo** id est ec

tholice que deum speculatur per fi

dem et spem. Nam syon speculacō

interpretatur. **Lyt** edificentur mu

ri ierusalem. **id** est sacramenta ec

clesie que sunt muniti

ones fidei quam i

ecclesia positi in te collocamus.

Et cum tu domine mi

sericors construxeris

ecclesiam. tunc acceptabis sacrifici

um in **id** est confes

sione. **Jeroni** sionez ex ore

peccatoris. **Oblationes** id est lau

dationes. **et holocausta** quia fide

les se totos. **Hugo** tos offe

runt deo in holocaustum qui abne

gantes semetipsos christum nu

dum nudis se. **Calliodor**.

Oblationes igitur et olocausta iā

ad fideles pertinent christianos q̄

erant post aduentum domini cre

ditū signēs immolāda corda ho

minum viuentium: non membra

peaidum mortuarum. **illa** redige

bantur potius in fauillis: ista tem

poraliē animas tribulationib⁹

eruentū ad amena paradisi gau

dia eterna perducunt. **Sequitur**

Vne quando ecclesia catholi

ca fuerit domini passione constru

ta. **Jeronimus** **Limpo**

nes hū

per altare tuum. **quod** est fides. qz

quicquid offeris: per fidem offer

re debes. **vitulos** laudis vel cogi

tationis. **Vnde** Osee ultimo. **Rede**

mus vitulos labiorum nostrorum;

Augusti. **Vel** vitulos id ē

innocentiaz noue

vi. **Calliod**. **Illos** enim vitu

los detemas ab

uertere qui animas suas in hostia

suauitatis sacris altaribus obtule

runt. **Hugo**. **Ad** litteram

enim muri **Ie**

rusalem plures edificati sunt atz

destructi. **Vnde** sciendum qz pri

mo edificati fuerunt per **Salomo**

nem qui clausit Ierusalem triplici

muro vt habetur tercij Reguz ter

tio. **Dos** at̄ destruxit **Joas** vt habe

tur. ij. pali. xxv. **Secundo** edificati

sunt per **Oziam** vt habet. iij. Re.

xxv. et postea destructi p̄ **Nabuzar**

dan. sicut habetur in fine Re. **Ter**

tio reedificati sunt per **Reemiam**

et destructi sunt postea ab **Anthi**

ochu rege syrie sic habet. i. macha

beorum p̄mo. **Quarto** Judas ma

chabeus reedificauit eos vt habet

primi mach. tertio. **Quinto** reedifi

cauerūt eos reges **Iudee** alienigene

quos postea **Adrianus** equestris

penitus **Calliodorus**

Dulcissim⁹ nimis emanauit psal

mus iste de amaro compunctōnis

fonte descendens. **Sed** quid lacri

marum israeliticuz populū tunc

profudisse credamus: vbi tanta

afflictione plangebatur princeps &

Ruis enim illo flente non fleret.

Handwritten note in the right margin.

Handwritten note in the right margin.

Handwritten note in the right margin.

Handwritten note in the right margin.

Handwritten note in the right margin.

Handwritten note in the right margin.

Quis illo dolente non gement. qm
do proiedo byademate rex cinere;
gestabat in capite: canus cinere
non etate. Noluic enim se videri fo
rinsecus ornatum: qui se intus no
uerat esse fedissimum. Hinc est q
dum in hoc libro septez psalmi pe
nitentium esse doceantur: ecclesia
eum vsu receptum est: vt quoties
peccatorum venia petitur: per istu
magis domino supplicetur. Nec im
merito quoniam in nullo psalmo
rum qui penitentibus maxime ne
cessarius est tanta virtutis humili
tas inuenitur vt rex potens et i p
phetali culmine constitutus tanq
extremus hominum sua festinaue
rat peccata deflere. Deinde quia
post absolutionis promissionem
tanta se constrinxit necessitate la
crimarum quasi ei minime fuisset
ignotum. Non enim hic vt in cete
ris penitentialibus psalmis aliqd
difficile dicitur quale est illud qd
in sexto psalmo dicitur. Lauato p
singulas noctes a c. Nec illud qd
i xxxi. psalmo dicitur. Grauata est
super me manus tua: conuersus
sum in erumna mea dum configit
spina. Non illud. quod in xxxvii.
psalmo ait. Computruerunt a cor
rupte sunt cyeatrices mee a facie i
spicientie mee. Nec illud qd in cen
tesimo primo psalmo dicitur. quia
cinerem tanqm panem manduca
bam et poculum meum aq fletu
miscbam. Non illud quod in cen
tesimo uicesimo nono psalmo dicit
De profundis clamauit ad te domi
ne. Sed Dauid rex a propheta cor

reptus et peccati sui agnitione per
teratus: petit a dementissimo iu
dice vt per misericordiam ipsius
ablutus sordibus omniu; pecca
torum ed datur omnino mundissi
mus. Quoniam vero propheta da
uid preuidebat sequentes populos
per istum psalmum copiosissime
penitentie remedia petituros me
rito sancta mater eccia elegit huc
psalmum frequenti meditatione
a fidelibus in orationibus suis ite
rari. Huius autem psalmi nume
rus non vacat a misterio. pertinet
enim ad annum iubileu; qui apd
hebreos contractus veteres obliga
tionesq; soluebat. quem in leuiti
co dominus annum remissionis v
niuersos habitatores terre vocat
precepit. Sic et psalmus iste calu
lo quin quageno constitutus si cor
de puro dicatur delicta dissoluit. ti
rographum nostre obligationis
euacuat. et nos a debitis peccatoꝝ
tanq; remissionis annus prestare
domino reddidit. **Jeronim⁹**
Nos igitur domine Iesu christe fa
muli tui supplices deprecamur vt
pietatis consilio magnis facino
rib; nostris immensam misericor
diam largiaris. atq; per contritio
nem cordis humiliati mactando vi
cia: iugulando delicta: dignum ti
bi a acceptabile de nob; preparaes
holocaustum. Qui cum patre a spi
ritu sancto viuus et regnas deus p
omnia secula seculorum Amen

709 abm. 709

Psalmus. li

Quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate.

Titulus In fine. Intellectus David cum venit doech ydumeus et annunciauit Sauli et dixit ei. venit David in domum abimelech. De hac annuntiatione habetur Re. xxij. quod cum saul turbatus de hoc quod David euasisset manus eius conquiret de seruis suis tanquam fautoribus David. Ne doech dixit Sauli quod viderat deum in domo abimelech sacerdotis. et quod dederat ei panes et gladium golie. adiungens falsum sicut modus est de traditoribus. quod abimelech consuevit per deum. propter quod saul iratus iussit sacerdotes vixores et paruulos eorum interficere et ciuitatem eorum destrui. Cuius iussionis doech cum suis satellitibus fuit executor et ibidem Jeronimus Per saul mors in legit Jeronimus intelligit. per deum vita. Quid est quod saul persequitur deum. nisi quod ab initio seculi spiritus mors persequitur vitam nostram. quod quia ista peccata amant persequuntur sanctam ecclesiam et illos qui celestia diuina. **Aug.** Agitur enim in duobus generibus hominum. unum laborantium: alterum in eis quos laborantium unum de terra: aliud de celo cogitantium unum Genus vero bonorum aut prophetarum

alloquitur genus malorum dicens. **Q**uid gloriaris in malicia. Quasi dicat. hec est pessima gloria quia propria est eorum qui peccant ex certa malicia. de quibus dicitur puer bitorum. **L**etantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis. **L**qui potens es iniquitate. **L**ib est ad quid gloriaris quod potes opprimere innocentem et proximum. **P**rimo igitur arguit ipsius de mala voluntate. secundo de mala potestate. tertio de obstinatione in malum. cum subium. **Aug.** Nota die. id est est toto tempore sine lassitudine: sine interuallo: sine pausatione. **I**n iusticiam cogitauit lingua mea. **Aug.** Lingue non solum sed cordis. vnde in coniunctione istorum scilicet cogitauit lingua notatur quod cito cogitat. tam cito loquitur sicut dicitur ecclesia. xxi. In ore factorum cor illorum. **T**ranslatio hebraica habet. **I**n iusticiam cogitauit lingua. et hanc lingue cogitationem perduxit ad actum. quia. **S**icut nouacula acuta fecisti dolos. **E**cce quid faciunt sanctis mali. **J**eronimus **N**ouacula persecutores intelliguntur. **S**icut ergo nouacula quasi insensibiliter tollit capillum: **S**ic persecutores dolose auferunt sanctis bona temporalia superflua. **P**er capillum enim superfluitas diuini cuius in te. **Aug.** Illi enim qui ligantur adhaerent cor de deo. sic habent ista terrena tanquam

ad malum
q potens op malum

ore factorum
cor illorum

Novacula
tollit capillum

Aug.
Ipsi enim qui

p. 174. f. 1. r. l. 1. b. e. y. m. e. n. d.

in p. 174. f. 1. r. l. 1. b. e. y. m. e. n. d.

in p. 174. f. 1. r. l. 1. b. e. y. m. e. n. d.

capillos quia contemunt omnia
 presentia bona. insuper a istam vi
 tam **Hugo** Et quia persecu
 tores honoru ex
 ultant in rebus pessimis. Ideo sub
 iungit **D**ilexisti malitiam. non
 deserit malum qui ipsum diligit. L
 sup benignitate. **E**cce peccm in spi
 ritum sanctum. **V**nde apostolus ad
 galath. v. Fructus autem spiritus
 benignitas. **I**mpunitatem. videlicet
 inique loqui indiscrete et dolose. L
 magis q̄ loqui **Cassiodo**
 equitatem. **P**lerunq; homines qui peccata fa
 ciunt ipsi per decorem compositae lo
 cutionis: se abscondunt: nolunt i
 se deprehendi que norunt genera
 liter ab omnibus dampnari. **D**ilexisti omnia v̄ba precipitatiois. **H**
hugo Verba precipitatiois di
 cuntur v̄ba adulationis
Vnde **Psalm.** ix. Erunt qui beatificat
 populum istum a qui beatificant precipitati
Idem. Verba precipitatiois
 sunt v̄ba detractionis. vnde tras
 latio hebraica habet **D**ilexisti oia
 v̄ba ad deuorandum. Detractores
 dicunt suis v̄bis fraudulenter de
 uorare bonos vnde in alio ps̄ dicit
Qui deuorat plebem meam sicut escam
 panis. a hoc facit **L**ingua dolosa.
Aug⁹ **M**inistra fallacie e lin
 gua dolosa. aliud cor
 de cogitantium: aliud ore pronuncian
 tium. sed in his subuersio. **P**ro
 pterea deus destruet te in finem. **I**
 si modo videris stare et florere tan
 q̄ fenam in agro destruet te deus:
 q̄ dicit **I**te maledicti in igne eter

num. Et quis fixeris in amore mu
 di radicem **hugo** Tamen de
 cordis **u**s **Leuellet**
 te. **D**e felicitate temporalis in qua con
 fidebas. **E**t emigrabit te. **I**dem emi
 grare faciet te. **D**e tabernaculo tuo
 id est ab hac vita animam a corpo
 re auferendo. **E**t radicem tuam. id
 malam voluntatem tuam: ex qua p
 cessit malicia tua euellet. **D**e terra
 v̄uenti **Cassi.** **P**lena ingens
 um. **D**amnatio de societate sanctorum
 euellit in perpetuis ignibus man
 ticipa **D**em de ponit vtili
 ri **Rico.** **T**atis consequentia.
 quia iustividentes punitionem in
 iquorum ex hoc firmantur magis
 in bono a contemunt prosperitate
 malorum. v̄n dicit **U**idebunt iu
 sti. **I**ntelligendo nunc damna cor
 malorum. **L**a timebunt. **I**magis of
 fendere deum q̄ ante. **E**t super eum
 ridebunt. **C**ontemnentis eius pro
 speritatem. **A**ug⁹ **I**ntelliga
 mus a dis
 cernamus duo ista tempora satis
 vtiliter timenda ridendi. **Q**uid
 enim fumus in hoc seculo nodum
 est ridendum ne postea ploremus
Iusti at qui viuunt modo ex fide
 intelligunt q̄ damnandi sunt ma
 li. propterea timent et sibi. **Q**uid eni
 fut hodie sciunt. q̄d futuri sunt cras
 nesciunt. **Q**uia ergo nunc ad malo
 rum imitatione labi possunt. hinc
 habent formidinem. **Q**uando autē
 ridebunt. **C**uz venerit dies noster
 id est manifestatio christi ad iudi
 cium tunc iusti ridebunt super dam

in p. 174. f. 1. r. l. 1. b. e. y. m. e. n. d.

natione ma
lorum.
vi-moralium Illic non habent co
passionem quia damnatis tunc p
desse non possunt.

Gregorius
Augustinus.

Tu corripere reatum a gaude bis ad
iudicem. Nobis enim hortatur te
ne iudicet te. cum autem venerit iu
dicii tempus: correctionis locus no
erit: sed tui damnationis. Erunt ibi
penitentia sed infructuosa qua sera
tue. Sicut iustit. ecce ho qui non
posuit deum adiutorem suum. per
bona merita. Sed speravit in mul
titudine diuicia

Calliodo

rum suarum. Diuicias hic: vniuersas pompas
seculi accipere debemus in quibus
iste seculi amator spem et fiduciaz
posuit a deo dam
natus est

Jeronim

Sed nunquid tantum malum sit
diuicias habere. tantum vt de iusto
habeantur a deo gratias referatur
qui eas debet. Non. Sed malum
est spem in diuicijs ponere cum in
alio psalmo dicit. Diuicie si afflu
ant nolite cor apponere. Diuici
as licet habere ad necessitatem: a
non licet possidere ex amore. Nam
Abraham et reliqui boni diuicias
habuerunt: sed spem in eis non ha
buerunt. Sequitur. Let preualuit.

Nicolaus

ad tempus. Lin
vanitate sua. quia prosperitas eius transiit ve
lut ym **Augusti.** Quid emz
bra vanius eo
qui putat plus habere nummum

q̄ deum. Ergo hoc genere in aliorum
damnato: q̄ dicitis de te o corpus
christi.

Nicola

Per oli
domo dei. uam fru
diferam hic intelligitur oleuz qd
de fructu oliue exprimitur. quo lu
cerne in domo dei replebatur sicut
legitur leuitici. xxiiij. Est igitur sen
sus Ego autem sicut oliua fructife
ra id est sicut fructus oliue est fo
mentum luminis in domo dei. Sic
innocentia mea lucebit coraz deo.
nec extinguet per malorum nequi
ciam. Speravi. non in diuicijs sicut
genus malorum. sed in misericor
dia

Jeronimus

Quia
dei. hec non
est humane fragilitatis facultas
vt per se quis saluus fiat sed per
misericordiam dei in eternum a i
seculum

Nicolaus

id est
seculi. non tui
speravi in misericordia dei in vita
presenti sed in vita futura. Non
fitebor tibi in seculum. id est lauda
bo te. quia fecisti. mihi misericor
diam in presenti. et expectabo no
men tuum. in futura retributione
iustorum. Nomen eius est Iesus
id est sal

Calliodorus

uatoz. Nomen eius expectat qui se in iu
dicio domini saluatoris per mise
ricordiam eius credit esse saluandū
quoniam

Hugo

id est dul
ce a sua. bonum est. id est in iudicio
a estimatione sanctorum tuorum. q̄
s. gustant suauitate bonitatis eius

Handwritten notes:
Nephan...
Joh...
177...

*Amicus meus
melius est
Iulijus portus*

ficut gustauerat beatus **Bernhar**
dus qui dicebat. **I**esus est melos
in aure. mel in ore. et in bilis in co

Nicolaus **H**oc tamen
nomen in co
spectu malorum non est bonum q
fre queter verbis et factis blasphemant

Collector **H**oc no
men audi
re possunt a boni a mali. non autem
gustare nisi sancti **E**t quanto quis
sanctior e tanto dulcius a suauius
sapit nomen domini in corde eius
Tanto etiam patientius et de hie
rabilius ipsum expectat ut tandem
videre mereatur quod amat. **N**os
igitur carissimi considerata in quo
rum perditione: et bonorum salua
tione: **R**ogemus suppliciter mentis de
uotione dominum deum nostrum
ut ab omni dolo liberet: ab omni in
iquitate mundati: mereamur plan
tari sicut oliua fructifera in ciuita
te celesti vbi in trinitate perfecta
laudatur deus in secula seculorum
Amen.

Psalmus liij

mandatoꝝ vult alios ve
nire ad cognitionem eorū. **Ideo** sb

Sicut **labijs** meis pronuncia
ui alijs indicādo. omnia iudicia
oris tui. nobis p̄ apl̄ os a p̄phetas
reuelata vt intendant sue correctio
nī

Hu. Sed obijci potest q̄stio
Quid est qz dicit omnia
iudicia se pronunciatū. cū dicat
apl̄s ad **Ro. xi.** O altitudo diuicia
rū sapientiez scientie dei q̄m com
prehensibilia sūt iudicia eius. **So**
lutio. **Loquitur** h̄ de iudicijs dei sci
bilib⁹ a maxime de illis que fiēt
in die iudicij videlicet qz iudex viuo
rum a mortuoz diciturus est malis

Ite maledicti i ignem eternum. **Et**
bonis **Venite** benedicti percipite re
gnū. **Et** quia iste in toto se occu
pat circa dei precepta **Ideo** subdit̄

Via testimonioꝝ tuorum dele
ctatus sum. **Via** testimonioꝝ dei
est sacra scriptura q̄ continet testi
monia iustoz sic b̄i paupes sp̄i
tu qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. beati
q̄ lugent qm̄ ipsi consolabunt̄. a ce
tera que math. v. scribunt̄. **Dele**
ctatur enim in talib⁹ p̄pter p̄missi
onū magnificentia. **h̄c** in omnib⁹

diuū **Iero.** Sicut em̄ terrenus ho
cijs **Iero.** in agris vineis qz de
lectat̄ ita iste i testimonijs dei iocun
dat̄ de pura conscientia q̄ cōcepto mū
do a deo dicit̄ est **Pro.** **Et** qz de
lectacio inducat ad forci⁹ meditan
dū a opandū **Iob** sbdit̄ **In** māda
tis tuis exēbor. **Dugo.** cogitan
do a opando. a cōsiderabo p̄fectius
cogscens vias tuas. q̄bus ad te
venitur **Greg.** xvij. moꝝ **Vie** do
mini sūt vt mēs prospera fugiat a
ad aduersa preparet̄ **Nihil** quod

semulcet: appetat. nihil quod deterre
re creditur: pertimescat. merorez pre
sentem gaudium reputet. present
tis vite gaudia damna meroris pe
set. abiectionis detrimeta non time
at: sed per hanc eterne glorie locum
querat. **Has** enim vias christus oculi
lis sequentium se ministrabat cum di
cebat. **Si** quis mihi ministrat me se
quatur. **Ad** has vias tumetia cor
da discipulorum reuocabat cum glo
rie locum querebant: sed eiusdem glo
rie iter ignorarent. **d.** Potestis bi
bere calicem quem ego bibitur? **hu.**

hu. **S;** hic ordo videtur peruer
sus esse cum primo dicit. exerce
bitur. deinde considerabo. cum primu sit
considerare et postea exerceri. **Solutio**
In omni scia preterquam in theologia:
theorica precedit practica. et tem
placio ad actionem. hic autem practi
ca precedit. **Call.** Prius ergo
theoricam.

Call. fuit necessari
um ut exerceretur iste in mandatis
diuinis id est in frequenti sancte co
uersationis operatione vsu reru
necessariu; assiduo labore perage
do et sic ad penetralia intellectus p
ueniret. **Nemo** enim mereatur tantu
secrete tum conspiciere nisi cui datum
fuerit bona conuersatione celestibus
se beneficiis.

nico. Et quod cessatio
proximare **nico.** ab actu con
siderandi tandem inducit obliuione
Ideo subditur **In** iustificationibus
tuis meditabor non obliuiscar ser
mones.

Call. Iustificationes et
tuos. **Call.** sermones domini
sunt mandata eius videlicet **Non**
mechaberis. non falsu testimoniu

Dixeris **iero.** **Et** meditabor: in his
et cetera **iero.** **ex**ercebo: ut illa
obliuionem non tradens: possim ea
integre proficere et implere Amen.

R **Et** retribuere ser.
Gymel **Sequitur**
capitulum **Ambro.** cui preponi
tur tertia littera **fm** hebreos videli
cet **gymel.** que latine retributio di
citur **Aug.** Nempe superius dix
erat. In quo corrigi
t adolescentiorum viam suam in custo
diendo verba tua. Ecce nunc aper
tus ut id faciat precatur auxilium
dicens **Cassiod.**

R **Et** retribuere id est non meis me
ritis reddere: sed iterum da gra
ciam tuam **[seruo tuo]** **iero.** Co
stanter sibi retribuui ob id quod ser
uiat deprecatur. **Quia**
[uiuifica me] **nico.** gratia
animam viuificat sicut anima cor
pus et custodiam sermones tuos
id est mandata tua. Et quia gratia
illuminat intellectum ad supernatu
ralia cognoscenda. Ideo subditur

hugo. **R** **Eu**la oculos meos
id est clarifica intellectu
et affectu meum quod obscurantur in agni
tione dei a sacre scripture per prauam
consuetudinem et carnalem affectio
nem propter multiplicem rerum tempo
ralium curam. propter mundanum amorem
per nimiam subtilem discussionem que
dicitur **pro.** xxv. **Per**scrutator maie
statis opprimet a gloria. per ignauiam
et torporem per certam malitiam. per acce
ptionem munere per honorem et per

Gymel
Calliod.

spiritatem mundi a hi oculi aperti
untur per proprie fragilitatis osi
deratione; p penitentie amaritudi
nem; per oratione; a per gratie in
fusio. **Cassi.** Vñ nisi misericor
nem. **Cassi.** dia domini fuerit
velamen ignorantie ab oculis cor
dis ablatum scripturas sanctas lu
mine cordis non possumus intueri
Illumina g̃ imperitie mee cecitate
La considerabo mirabilia de lege tua
Lex est umbra futurorum: que
significantiam futuē plenitudinis
continebat **Immolabatur quippe**
paschali festiuitate fm legē agn⁹
immaculatus. quod christum do
minum significat occidi **Sacerdos**
veste pulcherrima a coruscabili ce
gebat vt futuri p̃ntificis christi ce
lestis regis iudicia nunciaret. pro
missiones quoq; domini fuerūt vt
populus israeliticus i terram pro
ducere tur fluentē lac a mel. quod
ab illud futurum seculum pertinē
non dubium est vbi summe beati
tudinis gaudia copiosa dulcescūt
Rogat ergo popul⁹ ille sanctorū
vt reuelato corde ista consideret q̃
superduo velamine ignorantie
non poterat intueri. **Neassitatem**
vero huius illuminationis subdit
dicens. **Procola ego sum in terra.**
Iis est peregrinus: inl appetens i
mundo. **Isti sunt vere incolae in tra**
qui thesaurum suum in celo repo
nunt vt cor eorum futuram patri
am semper affectet. **nō abscondas**
a me mandata tua **h̃ mihi ea ma**
nifesta. **Mandata esse diximus.** **dī**
liges dominum deum tuu; ex toto

corde tuo. a proximum tuum sicut
teipsum. **Rogat ergo vt ei nullate**
nus celentur que peccatorib⁹ pro
bantur absconsa q̃uis generalit̃
pronunciata. **Et q̃ diuine**
esse videantur. **reuelaciones**
sunt desiderantib⁹ eas **Ideo subdi**
tur. **Concupiuit anima mea desi**
derare iustificationes tuas in om̃i
tem **Iero** vt siue manducē siue
pore **Iero** bibam siue aliud qd
faciā sp̃ eas desiderem a me iter a
apprehendā. **Consequē**
ter ostendit collationis gr̃e impe
dimētū qd ē sup̃bia sicut hūilitas
ē gr̃e merito r̃ia p̃nt d̃r. **Jacobi. ii**
ij. de⁹ resistit sup̃bis hūilib⁹ autē
dat gr̃a; **Et s; hoc d̃r.** **Necepasti**
sup̃bos **Jeinā d̃o angelos sup̃bos**
de celo a p̃mos patētes õtēnētes
mādatū d̃i expellēdo de paradiso ter
restril. **maledici q̃ declinant a māda**
tis tu **Cassi** p̃ā illū adā q̃ con
is] **Cassi** t̃psit mandata d̃ni
ostat eē maledictū. **Et hodie sunt**
maledicti qui simili scelē pollun
tur. **Hui⁹ autē maledictōis amocō**
nē pet̃ d̃. **Hufer a me opprobri**
um **s. maledictōis** **a õtēptū** **trās**
gressiōnis **Nicola⁹** **Lq̃ia testi**
monia tua exq̃siui **ab sc̃edum ea**
a intelligenduz. **Et ideo si transgre**
deretur ea non est; ex ignorantia
sed ex cōtemptu. **Causam vero pre**
dicte petitiōis subdit cum dicat.
At enim sederunt principes a ad
uersū me loq̃bant. **Isti p̃ncipes**
sūt demones fm q̃ d̃r ad eph. vi.
Non est nob̃ colluctatio aduersus
carne a sanguinem: sed aduersus

Collat. g̃. e. m. d. y.

Incolae in terra

Collat. g̃. e. m. d. y.

Zab...
24

bilib⁹ tuis iⁿ apostolicis ceteris
q³ doctrinis ecclesiasticis que mi
rabiles videntur in expertis. Je
ro. **D**ormitavit anima mea
in huius habitaculi mortalis sta
tione pre te dio corporee infirmi
tatis

Nico Sanctis enim ho
minib⁹ te diosa e
sarcina corporis cui oportet cōde
scendere cōcedendo ei refedionem
quietem sufficientem in quo cōde
scensu facilliter deficit homo: nimis
suo corpori compatiendo q³ sic dif
ponitur ad casū Ideo subditur co
firma me gratiam tuam in me cō
servando. Et quia ad hoc facit di
uini verbi frequens meditatio Jo
subditur in verbis tuis **Jer.**
vt ablato peccati somno instans
vigilem in eis **U**am iniquitatis
id est dixerunt illud per quod ad
peccatum venitur amoue a me
tua gratia mihi

nico Let de le
preuendo **nico** ge tua
miserere mei si ab ea dedmaui per
mortale peccatum **Jer.** Apd
te enim hec lex instituta est vt sem
per mise

Aug⁹ Hec est lex fi
rearis. **Aug⁹** dei qua credi
mus a oramus per gratia; nobis
donari vt faciam⁹ qd per nosmet
iplos implere non possumus. In
lege enim factorum est dei iustitias
iustitia, in lege autem fidei subueni
entis mise

nico Quuis autem
cordia **nico** miseratio nis
causam allegat ex parte sui dicens

Uam veritatis elegi videlicet
culturam et seruiciu domini sal
uatoris qui est via veritas a vita

Liudicia tua non suz oblitus. Iqui
bus peccatores terribiliter puniū
sti: eos tempore diluuij sub mergē
do. a Bodomaz igne sulphureo
in cendendo. a in consimilibus. Et
quia ex terrore taliu; homo a ma
lo re trahitur: a ad bonum conuer
titur. Ideo subditur **Abhe testi
monijs tuis domine** firmiter pro
ponens ea **Ambros** Adhe
custodire **Ambros** et at
testimonij qui mundo renunciat
qui curam huius vite et tedia sper
nit: qui luxurie studio: ac pecunie
cupiditate non curuatur. Et ideo
**Noli me con
fundere** **nico** id est pmit
tere confun
di per reciduum peccati. **U**am
mandatorum tuorum cuicuri. Im
viam virtutum factibiliter ambu
lando cum dilatasti cor meum
per donum caritatis: que manda
ta diuina facit leuia **fm q³ dicitur**
Jo. v. Mandata eius graui a nō
sunt. videlicet amanti sic dicit glo
quia caritas vires augmentat **fm**
q³ dicit Gregori⁹ omel. xij. Vires
q³ imperitia denegat. caritas am
ministrat.

Egem pone

Hec **Se**q⁹ tur q³ntuz
cap⁹ l⁹ m. cui pre
ponit l⁹ a **Hec** q³ interpretat⁹ viuut
Cuz supra petierit viuificari a mor
te seculi. s. ab amore seculi scilz ab
amore carnali a tedio spiritali **Cō**
grue nūc de vita in qua viuere vult
consequenter subdit. d. **Aug⁹**

no. d. w. y. l. e. o. l. p. p. p.

Legem pone mihi dñe. Cur
iste adhuc poscit sibi legem
poni q̄ vtiq; si non ei posita fuisset:
non viam mandatorū sicut p̄dixit:
in cordis latitudine h̄o est in carita
te acurrisset. Sed quasi p̄ficiens
loquitur. dei donū nouit esse q̄d p̄
ficiat. Quis aliud petit cur sibi legē
poni petit nisi vt magis magisq; p̄
ficiat. Gratia itaq; dei nob̄ p̄cipue
omendat qm̄ sibi legem poscit po
ni a dño qui vtiq; iam legē fm̄ lit
teram nouerat. Sed q̄ lra occidit:
spūs uiuificat: orat vt p̄ sp̄ritū fa
ciat q̄d p̄ litteras sciebat. et exqui
ram eam semp̄ faciendo q̄d diu
uam. **O Ambrosius** vt intel
lectum. **Jero** ligā dis
cretionem inter bonum a malū. in
ter vitam a mortem. inter litteram
a sensum. et scrutabor legē tuam.

R perfectius cognoscendo. q̄d
non possū sine tuo auxilio.
et custodiam illam in toto corde
meo. et ex tota dilectione deū amā
do a proximo. Oeduc me i semi
ta mādatōrū tuorū q̄ ipsarū volū.

Cassio. q̄ vt tris legis iā mā
data tenebat noui testamēti sp̄ri
tualem gratiaz p̄batur expetere p̄
quam se ad celorū regna nouerat
pue. **Hugo** Semita mandato
rū ē via arcta que
ducat ad regnū. de qua saluator dī
cit **Math. xix.** a **Lu. xviii.** qm̄ adole
scenti dicenti q̄ oīa mādata serual
set a iuuentute sua dixit. Adhuc ti
bivnum deest. Vade vende omnia
que habes a da pauperib; a veni
sequere me. Quasi dicat. **Licet sis**

in via mandato rū. non tū es in se
mita que rectior est via. Et q̄ dixit
ipsam volū. ne q̄s bonā voluntatē
sibi ascribat. consequentē subdit.

Ordina cor meū. **Achi** dicat. Et
iam a me non habeo vt bonū velim
a idō tu dñe. Ordina cor meū in te
stimonia tua. vt magis ea velim
et non in auariciam. aiam a diu
nis opibus. **Aug** Testimonij
retrahentem. **Aug** q̄ppe suis no
bis cū agit de? vt eū gratis colam?
quod impedit auaricia: que radix
est oīm malorū. **Cassio.** Auari
cia est tp̄alium reꝝ flagrans oīno
desideriū. Vnde a p̄m? homo pecca
uit a suis posteris vicia in centua
dereh.

Rico Et deinde petit amo
quit. **Rico** tionem cupiscētie
carnalis que vt plurimū incendit
ex aspectu impudico. vnde subdit

**Verte oculos meos ne videāt
vanitatē.** et spectacula ad malum
luxurie pertinentia vel inducentia.

Hugo q̄ a spectu vanitatis
puocatur cōcupiscētia. ex hoc im
primatur menti turpis cogitatio a
cor dilaceratur ac dep̄datur. malū
p̄positū cupitur. a ratio amittitur.

Cassio. Sic notantur illi q̄ diu
sis spectaculis occupan
tur. hic qui mulierū fēdo amōē ra
piūt. hic qui alienarum reꝝ pos
sessionem improbe cōcupiscunt. Et
hoc amoto qui d̄q̄ re nōdū sit oñdit
di. **Jero** In via tua. hoc est i
cēs. te ipso. vel in tuis mā
datis. viuifica me. Im̄ aia. **O Ta
tue seruo tuo eloquium tuū. sic
est mandata tua. in timōē tuo. **R****

Semita

Handwritten note

est ut et timeas timore sancto sta-
biliter a p[ro]p[ri]o. **A**mputa op-
seueranter. **H**u. p[ro]briū meū qd
susp[er]catus sū.] v[er]o fac ne malū suspi-
cer de alio v[er]ū si forte fuerit pat[er] suspi-
cio: fac ne crescat in iudiciū. qd si
facio est opprobriū meū q[ui]a falsū
iudico a non talē qualem eū suspi-
cor: esse vel fu. **C**ass. Nam neces-
sitate ostendo. **C**ass. se est q[ui]e
reundiam incurrat q[ui] ignorās ali-
ud asseuerat. suspicio. em[er]it sepissi-
me probatur incerta que vivo nō
ouenit christiano. Jure g[er]o sibi illud
amputari querebat vnde reus po-
terat inueniri. **S**equit[ur] q[ui]a iudicia
tua iocunda.] p[ro] que tribuis electis
tuis eternā requiem dicens. Veni-
te b[ea]t[us] d[omi]ni p[ro]p[ri]i mei p[ro]cipite regnū
Ric. **C**oe concupiu[m] māda
ta tua.] sc[ilicet] a opari.] in eq[ui]-
tate tua v[er]ificā me.] augmētādo
m[er]ito vitam gratie. **E**t dicit in equi-
tate. q[ui]a talis eq[ui]tas iusticie p[ro] quaz
dirigitur hō in d[omi]n[u]m merito[n]e non ē
nisi per gratiam a d[omi]no homini datā
que iustificat impium.

Et veniat super me m[er]ito
Vau. **S**equitur ca-
pitulū sextū
Ambros. Cui sexta littera
p[ro]ponitur. s. Vau
que interpretatur a ille. Quis aut[em]
ille intelligend[us] sit: satis aperte de-
monstrat cū subdit. d. **H**ugo
Et veniat super me misericor-
dia tua d[omi]ne.] q[ui]a mia sequitur.
salutare tuū.] s. **A**chi dicit
christus d[omi]n[u]s **I**ero. p[ro]p[ri]i g[er]o

lis Veniat nos redimē o deus pa-
ter filius tu[us].] **C**ass. **E**loquū tuum.]
Cass. v[er]ū p[ro]missionem tuam
quā p[ro]p[ri]as cognoscetis
fuisse pollicitus. **V**el est v[er]ū pecca-
toris moralit[er]. **H**ugo remissio-
nez p[ro]cantis peccator[um]. **E**t veniat su-
per me misericordia tua d[omi]ne. **P**ec-
cator enim in limo p[ro]fundi in fixus
non venit ad misericordiam s[ed] ip[s]a
de super venit ad eum. **V**nde in alio
psalmo dicitur. **M**isericordia eius
p[ro]ueniet me. **S**alutare tuū.] v[er]o gra-
tia salutis etiam veniat n[ost]ri s[ed] in e-
loquū tuū.] sicut promissisti gra-
tiam te daturū. **E**t] misericordia
tua obtenta cum salute.] **R**esp[on]debo
exprobrantib[us] mibi verbum.] **R**e-
sp[on]debo enim de moribus verbu[m]
cordis per humilitatem. **H**ereticis
verbum oris per sapientiam. a de
tractantibus verbum operis p[ro] san-
ctam conuersationem.] quia spera-
ui in sermonib[us] tuis.] quia spero q[ui]a
per me loquaris humilitatē in cor-
de. sapientiaz in ore. atq[ue] sanctita-
tem in opere. que magis sermones
tui sunt q[ui]a mei. **E**t ne auferas de
ore meo verbū veritatis vsqueq[ue]
Grego. **P**er p[ro]p[ri]e moral. **P**er p[ro]p[ri]e
enim q[ui]a omnipotēs
deus verbum veritatis facientibus
tribuit: a non facientibus tollit.
Qui ergo hoc de ore suo non aufer-
ri petijt quid aliud q[ui]a gratia; bone
operationis quesuit. **A**chi aperte
diceret **A**lino opere me errare nō
finas: ne dum amitto ordine; bene
v[er]uendi: editudinem per dā loquē-
di **H**ugo. **C**ausam subdit di-

v. in 10. et p[ro]p[ri]e.

ens quia in iudicijs tuis hoc est
in flagellis quibus me pmittis af-
fligi super Aug. quia flagella q̄
speraui Aug. bus me corri-
pis: nō auferunt spem sed augent
qm̄ quem diligit dñs: corripit Fla-
gellat autem omnem filium quez
recipit Hugo Et custodia
legem tuaz semp leam opere adim-
plendo q̄d uixero in hac vita q̄n-
tum ab eius mandata et in seculū
seculi in futura vita q̄ntuz ad ca-
rita glo quā sancti angeli a spi-
ritus habent in celo per-
fectaz: sine fine laudādo deū et am-
bulabam in laetitudine Pyrol
s. caritatis que etiaz est tante lati-
tudinis q̄ etiam se extendit ad im-
micos nostros. Vnde Math. v. dē
diligite inimicos vestros. tenes faci-
te his qui oderunt vos quia man-
data tua exquirui ad sciendum et
faciendū ea et loquebar in testi-
monijs Hu iste uersus est uox
ta katherina cantatur ad introitū
misse et loquebar de testimonijs
tuis in conspectu regum et non confu-
debar. Ipsa enim coram rege dis-
putauit de testimonijs cristi et nō
confusa. sed p̄hos confudit et ad fide-
m Cass Confunditur aut̄ il-
le cuius p̄ ratiocina-
tionem uincuntur dicta et me-
ditabar: in mādatiis tuis que dile-
xi et ut opus meditacōnis
dilectōnis p̄ficeret fru-
ctum Hugo et leuaui auz pu-
ra intentione man⁹ meas ad mā-
data tua que dilexi leam opere ople-

do. q̄ probatio dilectionis exhibi-
tio est operis. et ideo exercebor i-
iustificatio in operib⁹ mā-
nibus tuis. et dato tū tuorum q̄
iustificat hōiem.

Memor esto ver
bi
Ray Incipit vij. ca-
pitulum cui pre-

ponitur littera hebraica septima. vi-
delicet Ambro que interpretā-
Ray tur dūcte. q̄d
sibi uelit ista interpretatio: nō satis
liquet. n̄ forte uel unus q̄sq̄ se regat
a ip̄e sui ductor sit tendens ab his
uisibilibus ad inuisibilia bona. q̄
nūc habent in spe. de qua cōse que-
re ait dicens.

Memor esto uerbi tui salicet
promissionis eterne facte. nō
uincit q̄. s̄ seruo tuo. de quo ha-
betur Job. xij. ubi ego sum: illic a-
minister me⁹ erit. Eccē promissio
facta seruo Aug. li quo mihi spes
uo dei Aug. dedisti. id est q̄a
vitam eternam promissisti. et
salicet spes future beatitudinis
me consolata ē in humilitate mea
Translatio hebraica habz in affli-
ctione Cass. hoc ē in erumna
mea Cass. presentis uite q̄
humiliatus sum patienter sustine-
do huius seculi Hug. Causam
li aduersa Hug. huius con-
solacōnis subdit dicens quia elo-
quium tuum quod continet p̄mis-
sa tua uiuificauit me id est ofor-
tauit me in Cass. quia promiss-
afflictione Cass. io tanti ind-
cis firmavit animum sustinentis

R. ij

Superbi inique agebāt vsque
qua **HUGO** quia nō eis suffi
cit q. mali sunt s̄
bonos etiā ad maliciā; eorū tra
here conati sunt. a lege autem tua
nō dedimāi. quod tamen me face
re cogebant superbil. **M**emor fui
iudiciōū tuorū. que operatus es
[a seclō dñe] a quo genus huma
num sum. q̄b̄ iudicijs
psit exordiu. **Ric.** malos pdibi
stia ostētes in te liberaſt iuv. Noe
de diluuiō. Loth de sbuerſione go
morre. a tres pueros de camino ig
nis. a consolatus fuz. **I**sperans q.
etiā liberabis me. Et licet aliquan
do nō liberat domin⁹ fideles suos a
morte t̄pali: sic machabeos nō libe
rauit de tormētis antiochi. n̄ mach
vij. tamen fuerūt meli⁹ liberati q̄
tres pueri de camino ardenti sedz
q̄ dicit Aug⁹ qz illi fuerunt libeati
de igne postea morituri. Machabei
fuerunt liberati de p̄nā miseria in
eternum viduri. Consequent agie
de timore p̄prie fragilitatis. q̄a qn
tūcūqz homo sperare debeat de auxi
lio domini. tamē debet timere ne la
batur in peccatum ex propria frā
gilitate a sic frustretur sua spe. **I**de
subdit. **O** effectio. v̄ timor magn⁹
lenuit me. In translatōne hebra
ica habet. **D**orror tenuit me: p̄ pec
catorib⁹ derelinentib⁹ legē tuā
qui sūt multivalde. **F**m illud Mat.
vij. **L**ata ē a spaciōsa via que du
cit ad perditionē. a multi sunt qui
intran p̄ eam. Et ideo quilibet qn
tūcūqz iustus debet timē ne simi
liter sibi accidat ex propria fragi

lita **Iero** Vel est vox ecclesie q̄
te **Iero** dolet super preuarica
tiones iniquorū affectum miserati
ōnis ostendens. **Ryco.** Et quia
ab vitandū casum peccati multū
valet oratio per quā mens a terre
nis retrahitur: a ad diuina suble
uatur. **I**deo subditur. **Q**antabi
les mihi erant iustificationes tue.
v̄ lau. **Cass** Per hoc significat
des tue **Cass** psalmodiā cū ma
gna delectatōne peragendā. sic dic
ap̄s. **C**antantes a psallētes i cor
dibus vestris. **Rycol.** **I**n loco
peregrinationis mee. v̄ in via pre
sētis vite qua tendimus ad patri
am sicut **Cass.** Expulsi siquidē
peregrini **Cass.** in adam de sede
paradisi in hac vita incolatū geri
mus qz patrie illius beatitudinem
non habemus. **Ryco.** Et quia
diuine laudes non solū dicēde sūt
de die sed etiā de nocte. **I**deo subdi
tur. **M**emor fui nocte nomis tui
domine. Et quia orationem debet
sequi sancta operatio. **I**deo subdit
[a custodiū legem tuam] per mā
datoꝝ tuorū impletionē. Et qz ista
h̄z hō a dei grā **I**de subdit. **Ric.**
videlicet gratia [facta est mihi] vi
delicet vt custodirem legē tuā. qz in
stificationes tuas exq̄siui. **V**n̄ di
cit saluator Mat. vij. **Q**uerite a in
uenietis. **Iero** Nos quoqz supplicē
etis. **Iero** exoramus dominū
vt nob iustificationes suas infinu
et: vias reseret: mirabilia declaret.
Et siquid legis v̄bra culum occul
tauit: demēter reuelat vt si palmā
beatitudinis nō meremur: saltem

Deo in dicitur
Rog. pot. me

mirabilis
hoc p̄prie

lata a via
p̄prie

vel pro deliciis remiaz osequantur.
Per christum dominuz nostrum
qui est benedictus in .s.s. Amen

Oratio mea
heth Sequitur ca
pitulu. viij.

Ambros Cui preponitur lit
tera octaua videlicet
heth que interpretacione latina dicitur
pauor. **Hugo** quo sanctus
ppl's tenetur ne desideratum amit
tat q est portio eius. Vnde osequer
tur subiungit dices **Cycol.**

Oratio mea dñe qñi dicat. sic
mihi spero q tu sis pars a por
tio mea in su **Jero** qui linqt
tura bñtudinē **Jero** mundi su
perbia: honore fastigia: diuiciauz
q iactantia. et in celuz collocat the
sauros: huius portio efficiē deus.

Ri. Vnde autē spes ista hanc
portionē osequendi surgat
osequenter declarat dicens **[dixi]**
v. **dece uil. custodire legē tuā.** p bo
nū vsū liberi arbitrii tua gratia in
formati. Et q ad huius vsus cōti
nuationē facit oratio deuota **Jero**
subdit **[O]preatus sū faciē tuā**
v. misericordiā tuā qua peccatores
dignaris respicere. Et addit **[Li toto]**
corde meo v. itaz intellectu q affe
ctū **[miserere mei]** cōtinuādō in me
bonū vsū liberi arbitrii. cuius con
tinuatio procedit ex gratia dei. **[In]**
eloquiū tuū qd dixisti. **Petite et**
accipietis **[O]gitauī vias meas**
v. processus in bono qui sūt tardi
er fragilitate humana. sed sūt festi
mi ex grā diuina. **Jero** subditur **[cō]**

uertū pedes meos] v. sēsus a affectus
meos **[in testu]** **Jero** id est ipse
monia tua] **Jero**. pta tuavt
ea opere opleant **[O]ratus sūz**
non sū turbatus vt custodiā mā
data tua **Hugo** Ac si dicat Etia
propter mandata dñi custodiēda
parat? sū pati. q a **Petri. ij. dī.** Si
quid patimim ppter iusticiā: beati

Ric. Et quia cursū bonorum de
mones suis tēptationibus
intuntur impedire. **Jero** subditur

[V]nes peccatorū v. tēptationes
demonū. **[c]irca** **[c]umplexi sūt me.** **[I]ad**
[i]mpediendū me in bono opel a le
gē tuā non sū oblit? **[I]tua grā for**
[t]at? **Jero** subdit **[M]edia nocte sur**
[g]ebā ad ostendū tibi. cōfessione

lau **[H]u** Non vacat q dicit **[M]e**
[d]is **[H]u** dia nocte surgebā. scit
em hoc tpe pmo genita egyptioz
esse pussa p que pmi mot? peccō
rum intelligun **Ambros**
tur interempti.

Ambros
Tūc ei se tu et carnis illecebra. tūc
mens somnolēta est: animus q oc
cupat? est. tūc tēptator assitit. tūc
retia iacit qb? turbare possit men
tē improuidā. tūc varias deceptio
nes pectori dormētis insidit vt bo
nū decipiat a statū mētis oturbet.

Cass Et q scit sponū media no
cte venturū. **Jero** eodē tpe
surgit ad laudes ne infatias vir
gines ianua celestis sibi claudat.
Surgebāz g in hoc tpe ad laudan
dū tē sup iudicia iustificacōis tue

Ri. v. de hoc q tuo sancto iudi
cio voluisti me in iusticia
custodire. **Jero** subdit **[P]articeps**
[R. iij.]

fructus pmo

media nocte surgebāz

ego sum. Lex tua bonitate omnium
timetium te timore filiali quo quis
cauet offendere deum patrem et cui
stodientium mandata tua per sanctam
operationem. Et quia predicta
gratia diuina omnibus offertur ad
eam se debite disponentibus Idem
subdit. Misericordia tua domine plena
est terra per quam iustificas impius
Et quia quanto plus habentur bona
spiritualia tanto plus desiderant. Idem
subdit Iustificaciones tuas doce
me Bona spiritualia in me augmen
tan Iero ut ipas iustificaciones
do hoc est mandata tua
intelligam predicem et ope compleam.

Bonitatem se
Theth Sequitur
cap. l. ix

cui preponitur nona littera hebraica
que est Theth cuius interpretatio est
exclusio. Scriptus est enim de carita
te quod caritas foras mittit timorem

Ric Caritas enim christi uiget
nos ad opus bonum ex consi
deratione beneficiorum in mente et
corpore receptorum. quod iste populus fi
delis considerans consequenter ait. b.

Bonitate fecisti cum seruo tuo
domine Iaiam ei offerendo ad ima
ginem tuam creatam et bono gratie su
peraddendo que fuerunt data homi
ni in statu innocentie et post lapsu
dantur in baptismo et ante dabatur
regulariter in circuncisione. Sim
verbum tuum pro ut habet Genes et
Faciam hominem ad imaginem quoniam
tum ad bonam nature et similitudinem
arum quantum ad bonam gratie Et quia

non debet hoc homini sufficere sed
debet perfectum in spiritualibus que
rere sicut dicit Augustinus in libro de perfecti
one iusticie. Nemo inquit cum mul
tibus profecerit dicat mihi: sufficit. ex
iit de via ante terminum. Idem ultra
petit dicitur. **B**onitatem quantum
ad perfectionem appetitus et disci
plinam et scientiam quantum ad p
fectionem intellectus Idem doce me am
priori gratie tue illustratione. Et
dicit disciplinam quantum ad cogniti
onem moralium et scientiam quantum
ad cognitionem **Cass** docet enim
speculabilem **Cass** de bonita
tem inspirando caritatis desiderium
docet disciplinam cum in tribulationi
bus paciam donat docet scientiam
videlicet ut discretionem ha
beat et sciat discernere inter bo
num et malum inter vitam et mortem
inter corpus **Cass** Sed aliter de
et animam **Cass** us docet aliter
magister humanus Ille uerba pro
mit sed intellectus non potest eorum
reter prestare que precipit deus au
tem prius cor illuminat ut intel
lectum electorum eius uerba descen
dat Sequitur quia mandatis tu
is credidi Ieremias ope **nicol** Et quia
re complendo **nicol** inter dei
beneficia ad animam pertinentia non
solum est collatio gratie sed etiam cor
rectio culpe sine qua non transitur
presens uita Idem subditur **Phi**
us qui humiliarer per tuam corre
ctionem ego deliqui incurrendo
culpam propterea eloquium tuum cui
stodiu Ex diuina enim correctio
reperitur homo quantum bonum

fit deo obediens. **B**on⁹ es tu. Grati
 am offerendo. Et quia bonus est sui
 ipsius diffusiuus. Ideo subditur. **L**a
 in bonitate tua doce me iustificatio
 nes tuas. In bonitate tua mihi comu
 nica. **Cass.** Consequenter petit
 do. **Cass.** bonitatis auxilium
 ut iustificationes dñi quas ledio
 ne didicerat; i suo certamine deda
 raret. **vn** **M**ultiplicata est
 de subdit. **Et** sup me iniquitas
 superbiorum. **Et** demonū me conan
 tium impellere ad peccatū. ego au
 tem in toto corde meo. videlicet intel
 lectu et affectu. **Yero.** **L**scrutabor
 mandata tua. consolationem req
 uens in eis. ut sic euadam eorum tē
 ptamenta. **Coagulatū est sic**
lac cor eoz. **Yp** **Et** malicia
 temptamenta **nico** **op**ressum
 qd spiritus maligni sūt in malicia
 obstinati. ego vero legem tuā me
 ditatus suz. **Cassio.** **Ad** faciē
 eis resistendū ut eoz cūctelis ob
 stinatio pia pseuerantia vinceret.
Bonum mihi domine qd
Et humiliasti me. **Et** qd per in
 fultus et temptationes demonū de
 disti mihi cognitionem fragilita
 tis mee ne ex domis tuis cadrem in
 supbiaz. **Hoc** modo dicebat **Dau**
tus. **ij.** ad **Coz.** **xij.** **Ne** magnitudo
 reuelationū extollat me: datus est
 mihi stimulus carnis mee angel⁹
 sathane qd me collaphizet. **Ergo**
 ab h^o pmissisti me temptari. **ut** di
 scam iustificationes tuas. **Et** ut fa
 cerem que docuisti. **Et** qd experimē
 to pprie fragilitatis mouet homo
 magis ad discendūz artē defendēdi

se extra impugnationē demonūz q
 habetur p vetus et nouū testamen
 tum. Ideo subditur. **B**onū mihi
 lex oris tui. qd decēz precepta deca
 logi locutus est de⁹ in monte synai
 p angelū psonam dei repñtantez.
 Et legem euāgelij locutus ē nob
 p filiū in carne apparentem. **fm** qd
 dī ad heb⁹ **et** nouissime locutus est
 nobis in filio quez constituit here
 dem vniuersoz. **Sequitur** **super** mi
 lia auri et argenti. **et** super oēs mū
 di diuicias. quia tanto spūalia ex
 cedunt tpaia quanto illa que sūt
 anime corporalibus preferuntur.
Hugo **Vnde** in glosa dicitur
 plus diligit caritas
 legem dei qd cupiditas milia auri et
 argenti

M ~~Anus tue do~~
Io ~~th~~

Sequitur ca
 pitulum deci
 mum cui preponitur decima littera
 videlicet **Io** **th** que interpretat pñ
 cipium. **Vnde** fidelis populus pñ
 cipium sue creationis rememoras
 petit illuminationem intellectus
 sui dicens **Augustin⁹**

M **Anus** tue. **et** dei virtus et dei
 sapientia videlicet christus
 dominus. **L**fecerunt me. **fm** animā
 ab imaginem tuam. **et** plasmaue
 runt me. **fm** **Et** i statura recta
 corpus **Et** ad videndūz de
 um ut videlicet homo ex figura cor
 poris quodammodo doceatur de
 plari et amare celestia. **Vnde** poeta
 dicit. **Os** homini sublime dedit ce
 lumqz videre **Iussit** et erectos ad sy
Ratiō

Io *th*
manus
capitulum
et *manus*

dera tollere vultus. Et similiter cui
queret ab Empedocle Cur viveret.
Respondit Ut astra aspiciam. sub
trahere celum: nullus ero. Sequitur
[Da mihi intellectus] hoc est eleua
tionem a illuminatione intellectus
ad te cognoscendum a amandum. Ani
ma autem humana ad imaginem dei
creata capax est ipsius per cogniti
onem a amorem. Et declarat quo fi
ne petit intellectum dicens [Ut di
scam mandata tua] ipsa intellige
do a opere. **Cast** Petit ergo po
completo **Cast** pulus fidelis
intellectum ut quem Adam per mo
lebentiam perdidit: idem populus
per deuotionis obsequia mereretur
Nicol Qui timet te timore fi
liali videbunt me a leta
buntur qui a caritas gaudere facit
de bono proximi quia in verba tua
in promissione verborum
Aug tuorum [super speravi] quia
plus daturus es iustis tuis quam pro
misisti. Sensus talis est Qui timet
te: videbunt iustum. a letabuntur.
quia in de eis est leticia quia viderunt
bona opera tua. **Ambros** Est enim
iustum
bonis ut affectu pio castum publi
cus: sapiens prudente: misericors
liberalem diligat: a virtutes suas
in alijs amet. Plerisque enim iusti
aspectus: admonitio correctionis est
perfectioribus vero leticia est. Ma
gna enim virtus est in oculis. quod
apparet in naturalibus. Basiliscus
vero si quodcumque animal viderit pri
or: hoc suo visu fertur occidere. Ipe
quoque serpens dicitur mori: si sue

rit hominis preuentus aspectu. Er
go si tanta virtus est in oculis ser
pentis vel in oculis hominis ut si al
ter alterum prior viderit: possit oc
cidere. Nunquid est virtus in ocul
iusti qui est repletus virtutis gra
tia. Sed qui videt iustum debet scire
quid videat. non illum videt in cor
pore. non in vestimento. non in pa
trimonio. non in vultu. sed intus vi
det quod non illum videt nisi eius vide
rit mentem. nisi eius sermone in
tenderit. nisi sensus illius potuerit
comprehendere a sapientia de tra
ditiu eius assumere. Tunc igitur
letabitur cum ista perspexerit a cog
nouerit. **Nic** Et quia homines ali
rit ea. **Nic** quando ex fragilita
te humana committunt aliquod pro
pter que a deo puniuntur in hac vi
ta ne postea grauius puniantur. si
cut patet in Regum. xiiij. de viro dei
qui seductus a falso propheta in be
thel rediit propter quod a leone occi
sus fuit. tamen leo cadaver eius non
tetigit sed seruauit ad ostendendum
peccatum eius illa pena deletum a
in alijs actibus vite sue eius meri
tum deo subditur. **Cognoui do
mine** id est expectus sum etiam in
passionibus meis. quia equitas iu
dicia tua quibus punis licet ipsa
aliquando sint occulta a in verita
te tua id est iuste. humiliasti me
per tua flagella. **Hat** misericor
dia. in peccatorum meorum deletio
ne ut soletur me de spe vite eter
ne secundum eloquium tuum ser
uo. **Castiodor** id est se
cundum

castiodor
de uita diligens sibi sibi

Castiodor
id est se
secundum

Castiodor
id est se
secundum

illam promissionem qua responde-
tur in euangelio se tribulatos reli-
durum minime in passionibus.

Nicolaus Ueniant mihi miseratioes
tue a viua] vita gratie in presenti
a vita glorie in futuro. [Qua lex tua
meditatio mea est.] Que quide[m]
ditatio est dispositio ad gratia[m] ha-
benda[m] a habitam augmentanda[m]
Et quia ex profectu bonorum causa
tur confusio demonum Ideo subdi-
tur Confundantur superbi Id est
spiritus maligni qui de celo prop-
ter suam superbiam sunt deieci] quia
inuste iniquitatem fecerunt in me.]
Licet enim demones iuste a deo per-
mittantur nos temptare: tamen po-
testate sibi concessa vult iniqua vo-
luntate. Ego autem exercetor in ma-
batis tuis.] quia quanto homo sen-
tit se a demonibus plus temptari:
tanto magis delet in bonis operibus
exerceri. Et quia in pugna contra
demonos indiget homo suffragiis
bonorum Ideo subdit Conuertan-
tur mihi. Id est ad auxilium meum;
Lamentes te timore filiali. Et qui
inouerunt testimonia tua. Intellige
do a operando precepta tua. Et qua
per bonum exercitium purificatur
cor humanum. Ideo subdit Ma-
tate cor meum immaculatum in iusti-
ficationibus tuis: vt non confun-
dar. In presenti per lapsum culpe.
a in futuro per lapsum in foueam
gehennae. **Ambrosius** Que autem
ne sunt iustifi-
cationes. Audi prophetam dicen-
tem. Vic iniquitatis tuas vt iusti-

ficeris. Ergo qui iniquitates dicit
iustificatur. qui autem iustificatur
non confunditur. quia pudore pec-
catorum matura confessione peri-
mit.

Defecit in salu-
tare tuam anima mea

Caph Sequitur ca-
pitulum vn-

decimum cui preponitur vndecima
littera scilicet Caph. que interpre-
tatur incur. **Hu**. Incuruatur si-
uati sunt. **Hu**. deles velint no-
lunt per hec infima. quod dicitur in hoc cor-
pore detinentur: quod corrumpitur a
aggrauat animam. mens tamen
eorum ad superna rapitur cum in
amore accenditur contemplationis
diuine. de qua consequenter subdit
dicens

Defecit **Nicolaus** Cieta
quod

sciendum quod quanto plus anima in
contemplatione eleuat: tanto ma-
gis ab occupatione exteriorum se-
suum retrahitur. Et quando con-
templatio multum intenditur: sen-
sus exterior ab actu suo cessat a im-
peditur vt patet in raptu. a sic ani-
ma quodammodo deficit in quan-
tum cessat ab actu exteriori: absor-
pta in contemplatione summi boni
a delectatione sequenti. et hoc est
quod dicit. Defecit in salutare tuum
anima mea.] quia talis defectus
est salu- **Gregorius**. **Gregorius**. **Gregorius**. **Gregorius**.
paris. **Gregorius**. **Gregorius**. **Gregorius**. **Gregorius**.
tal. **Gregorius**. **Gregorius**. **Gregorius**. **Gregorius**.
appetit eo a temporalibus salubri de

Caph. id est incuruatur

Incuruatur siuati sunt

De anima contemplativa

*de hanc
de p[er]p[et]ua*

fectione **Ambrosius** de
lassatur. **de**
re enim est migrare vnum quenq;
totis studijs ad id quod diligit. Il-
lud enim cogitat. illi adhaeret. illud
personat. illud in mentis gremio fo-
uet. in id quadam deflectione trans-
funditur. a hoc solū timet ne illud
possit amittere. Atcollatur igitur ani-
ma nostra deficiens suis viribus vt
adhaereat summo bono christo sa-
lutari nostro per quod fiet eterna-
liter beata. **Et in verbus tui**
Sequitur. nico. um superspera-
ui. quo promissisti vitam beatam.
Quanto enim quis in contempla-
tione eleuatur: tanto magis de ve-
ritate huius promissionis certificatur.
O Escecerunt oculi mei in eloquū
tuum. quia quanto oculi interiores ani-
me plus eleuantur in deū tanto ma-
gis diuinam bonitatem percipiunt
a veritatem. que in sacra scriptura
diuinis eloquijs exprimunt trans-
cendere in infinitū. a per consequēs
accenditur eius desiderium ad vidē-
dum deū immediate atq; eo fruē-
dum. **Id** subditur. **dicentes quan-**
do consolaberis me. in perfecta be-
atitudine. Et quia ex tali eleuatione
ad diuina ebbitur hō quasi insensi-
bilis circa exteriora agibilia. **Id**
subditur. **Via factus sum sicut**
vtter in pruina. Vter enim pruina
derelictus videtur nō applicabilē vl-
tra humanis vñibus. a hoies excel-
lenter cōtemplatiui reputantur in
agibilibus a politiciis vñ adib; mū-
danis quasi stolidi. **Vnde a iij. s.**
Principes exercitus q̄ erant cu;

hyru dixerunt de ppheta qui vene-
rat ad eum inungendum. Quid ve-
nit insanus iste ad te. **Et** i figurā
hō facies Moysi apparuit cornuta
ex collocaione domini vt habetur
Exo. xxxiii. Excellentē ergo cōtem-
platiui ab hominibus mundanis
reputantur fatui. a tamen s̄m veri-
tatem sunt sapientissimi. q̄ sapia
consistit proprie in cōtēplatione
prime cause nō solum sc̄m scōs
sed etiam sc̄m phos vt habet pri-
mo metaph. **Et** quia excellentē cō-
templatiuis vita presens vertitur
in te diu. **Id** subditur. **Not**
sunt dies serui tui. id est q̄ diu re-
tardabor a beatitudine celesti. **Hoc**
modo dicebat Paulus ad philip.
p̄mo. desiderium habeo dissolui et
esse cum christo. **quando facies de**
persequentibus me iudiciū. id est
de diabolo cum ministris suis inde
finenter temptantibus me. **Extre-**
mus enim iudiciū in quo demo-
nes generis humani persecutores
detrudentur in infernum a sanctis.
et maxime a cōtemplatiuis homi-
nibus desideratur. quia tunc vita
cōtemplatiua nunc inchoata cō-
summabitur. **Vnde dicit August.**
super Iobem exponens illud. Sic eū
volo manere donec veniam id ē in-
choata cōtemplacō manet donec
veniam: tunc perficienda aq; vene-
ro scilicet ad iudiciū. **Consequē-**
ter subiungit de impedimento sua-
uitatis que est in cōtēplatione
d. **Arrauerūt in iniqui fabula-**
tionē. q̄ nullā continent veritatem
seu vtilitatem. **Id** nō vt lex tua. que

Vt = *in pruina*
in pruina

nulla falsitatem continere potest:
cum sit a prima veritate derivata.
Ideo subditur. **A**mnia mandata
tua veritas. **Cass** Limqui sciz
infallibilis. **Cass** heretici et p
fidil persequuti sunt me. Intendo per
uersa aut falsa suadendo. Idcirco
adiuva me. ut possim eorum persuasi
onem superare. **Hug** a fere
Paulominus **Hug** osima
ndunt me i terra. quasi dicat. Fe
re ad nihil. redigerunt me sed tu
non ex toto. q. ego autem non dere
liqui mandata tua. Et q. hoc no. p
cessit ex virtute humana: s. ex bo
nitate diuina magis. Ideo subditur.
Ecum uero misericordia tua uiuifi
ca me. in uita eterna. ubi facti nul
la contrarietate pulsantur. La custo
diam. vsq. **nico**. **L**estimoma
in finem uite. **nico**. oris tui. vi
delicet pcepta decalogi. aut uerba
sacri euangelij que proprio ore p
nisti.

Et eternum domi
Lamech Incipit caplm. xij.
cui pponitur lra. xij.
Lamech. que interpretatur cor. In
hoc caplo fidelis populus cor i do
mini mandata constituit: asserit
uermu domini nequaquam habere ter
minum dicens
Et eternum dñe uerbum tuu pma
niet in celo. **Hug** Hoc de angelis dici
tur q. in celo perma
net uerbum dei in eternu q. iam ni
hil possunt facere a uelle nisi qd de
o dicitur a uult. Vn ut nos ei uolu

tatem omnino faciam? sic petim?
Fiat uoluntas tua sicut in celo et in
terra. sicut angeli sunt conformes
in celo uoluntati diuine. ita sint et ho
mines i terra. Post celum uero terra
intuens subdit. **E**n generatione et
generatione. **ieo**. Vna gene
ueritas tua. **ieo**. ratio legis e
prophetarum. alia euangelioy. In
his generationibus ueritas dei pma
net q. nihil mendacii i scripturis
sanctis ptulerunt. **Hugo** Lun
dasti terra. uel deus in fide chri
sti. Let. in ea. permanet. Sequitur.
Ordinatione tua psecerat dies. I
diem uocat claritatem eternam

Cass. Nam quotiens in singu
lal numero dies ponitur
uenturus ille signetur qui uerus atq.
eternus est. et non habet noctem.
De quo scriptum est. Et erit illis
dominus lumen eternum. Quoni
am omnia seruiant tibi. uidelicet
illa quibus dies perpetuus erit ut
excludantur illi qui infidelitatis te
nebras patiuntur qui domino no
videntur. **Nicolaus** Et q. a
seruire **Nicolaus** contra
casum peccati maxime ual. diuine
legis meditaco sicut dicit **Die roni**
mus ad **Rustici** monachuz. Ama
scripturarum sanctarum studia et
carnis uicia non amabis. Ideo sub
dit. **N**isi q. lex tua meditaco mea
est. Id est nisi fuisset occupatus
in tali meditatione. tunc forte peris
sem. per lapsum in culpam graue.
in humilitate mea. uidelicet impul
sus corruptioe mee carnis q. ex sua
uilitate ro est mee humiliaois fm

illud Mich. vi. Humiliatio tua sit
 medio tui. Et qz tale pseruatum
 delect diligēter custodiri tanq̄ val
 de necessariū Idēo s̄bidit. **E**t eter
 num nō obliuiscar iustificaciones
 tuas. que continentur in lege tua. L
 qz in ipsis uiuificasti me. p earuz
 meditationes p̄seruando me a pec
 catis. Idēocludit vltēri⁹. **Q**uif
 sū ego. Ieo qz vitaz meā seruasti dī
 cto mō. saluū me fac. Idēo futuro sic
 de p̄terito. qm̄ iustificaciones tuas
 in decalogo descriptas. Lex q̄sui
 intellectu. **C**ass. Alij ei honores
 a affectu. **C**ass. seculi appetunt
 Alij coniugia querūt. alij gaubia
 mundi cupiscunt. Ist esibi mesti
 mabiles putat eē diuicias si iugit̄
 mādata dī p̄bare ē exquirere. Et
 necesse inq̄t habeo vt saluū me fa
 cias. qz **M**e expectauerūt. longo
 certamine latenter mihi insidiādo
 p̄ peccatores. **M**ico spūs maligni
 peccato obstina
 til vt perderent me. p lapuz mor
 talis culpe. Testimonia tua intelle
 xi. Intelligere em̄ est intus legere.
 a sic eorum insidias euasi. qz sacre
 scripture deuota meditacō ē arma
 tura oīra temptationes demonuz.
 Et qz ex tali meditatione intelligit̄
 finis p̄fectionis humane. Idēo sub
 dicitur. **O**mnis cōsummationis. i.
 humane p̄fectionis. [vidi finē]. Et
 quis sit iste finis p̄sequenter ostē
 dit dicens. [latū mandatū tuum mi
 nis]. Istud est mandatū caritatis
 qd̄ est tante latitudinis vt se etiā
 extendat ad inimicos diligendos.
 a vniuersa delicta operiat sic dicit̄

prouer. x. Vniuersa delicta operit
 caritas. Qui autem sit finis p̄fecti
 omis humane patz. v ad Thym. v
 vbi dī. Finis p̄cepti est caritas a
 dilectio dei et proximi. Vnde salua
 tor ait Math. xxij. In his duob⁹
 mandatis. hoc est in dilectione dei
 a proximi. tota lex pendet et p̄phe
 te. **H**ug. Omnis ergo consumma
 tionis v omniū prece
 ptōū. vidi finem a p̄fectionē. le
 gis esse ca. **C**ass. Si aut̄ ad litte
 ritatem. rā hoc velis ad
 uertere. potest etiā accipi qz reb⁹
 secularib⁹ terminus videtur sp̄ im
 positus. Mandata aut̄ dōm̄i nō s̄t
 h̄nt finem. quod idēo sic posituz ē.
 vt nec ambitiones seculi aliq̄s de
 siderante expecteret q̄bus finē da
 tum esse sentiret. a mandata dōm̄i
 n̄m̄ia festinatione p̄quireret q̄
 latissima comprobaret.

Quomodo dile
 xi legem
Men Hugo

Sequitur capitulū. xiiij. cui p̄p̄m̄ ē
 xiiij. littera hebraica scilicet Men.
 que interpretatur viscera. vel ex in
 timis. vnde caritas intelligitur que
 tanq̄m ex intimis cordis medullis
 accenditur quam se fidelis popul⁹
 totis viribus diligere ostendit cū
 admiratione ita dī cēs

Quomodo dilexi legem tuam
 dñe. Iq̄ in nouo testam̄to cō
 tinetur. Et videt. d. [tota die] v cōti
 nue. [meditatio mea est] id est de
 ea a in ea medito. **J**eron. In
 hoc apparet eum lege dei diligere

qui per omne tempus vite sue eas
cognoscitur. **Cass.** Si quis eas
meditari. **Cass.** Si quis eas
quod respectu domini sub moderacione
disponit: si cibos temperanter acci-
piat: si somnos ouementer capiat
si se honesta et pbabili adione co-
mendat: lege dei meditatatur sicut
dic ap'ls. **Sive enim manduatis: si
ue bibitis: siue aliqd aliud facitis
omnia in gloria dei facite. Sequit**
Super inimic. v super iude
ros meos.] **nic.** os a infide-
les. qui licet quantum ab natura sunt
amici: tamen qntu ad infidelitatez
sunt inimici. sup hos prudente me
fracti. v prudentioe ipis i h' **Ma-**
dato tuo.] v p mandatum tuum a-
merere intellectu. cui fideliter obe-
diui. quia in eternu; mihi est. **Ju-**
dei est habent sacram scripturam
non tñ intelligit eam vere: sed per
uer. **Iste g iustus pruden-**
te. Hu. tior factus est illis per
fidem christi: fideliter scripturas in-
telligens. Et q' a iudei ex mandato
dei tpalia quesierunt **Ideo non fu-**
it illis in eternu;.] Isti vero madau
dei dilectio dius manebit in eter-
num. cuius premiu est ipse dilectus
dnus christus qui. **Et quia de**
est eternus. nic. sacra scptu-
ra docet h' duplr. Vno modo ab
hoie perito in intellectu sacre scpture
Et in tal inoticia discipulus aliqui
transcedit mgem qe h' datus inge-
nium a diligentius exercitiu. sicut
contingit in pharibus. Et in psona
taliu dicitur. **Super omnes docet**
tes me intellexi.] v delictet sacre scri-

pture veritatem. **Cuius causa sub**
dit.] Lq testimonia tua meditatio
mea est.] v meditatio mea circa tes-
timonia tua otinue versat quatu
huana fragilitas patit. **Alio mo-**
doce h' a deo sic edocti fuerit apli
de qb dicit Jero. in epl a ad Pau-
linu de oib' sacre scripture libris
Quicqd alijs exercitaco a quotidi-
ana in lege meditatio tribue solet
hoc illis spiritus sanct' suggerebat
Et erant: fm q scriptum est: docu-
biles dei. Hoc etiam modo fuerit
edocti plures alij sancti sicut de be-
ato Francisco a Antonio legitur a
peluribus alijs. Et iste modus se-
cundus sciendi est excellentior pre-
cedentibus. Propter quod in pso-
na taliu sbbitur. Super senes.] p
exercitium longi tps scripture no-
ticiam hntes [intellexi] ex diuina
inspiratione. **Cuius causa sub dit**
Lq mandata tua exq'ui.] v intelle-
ctuz vboz tuoz a te mihi dari deuo-
ta oratione petui. a dedisti m sicut
scribit Sap. iij. **Inuocaui a venit i-**
me sp'us sapie. Sequitur. Ab omni
via mala.] q ducit ad pditione. **Lp**
hibui pe. hu. cogitacoes a af-
des meos. **hu.** q' q' promi sunt
ad malu ab adulescentia sic d' Gen.
vii. **Vt custodiã vba tua. Q' p'e**
v mada negatiua q'lia sunt. No
occides. No me chateris. No furtu
facies. a filia q' phibent malu. A
iudicijis tuis. in lege diuina otentis
no dedinaui: q' tu lege posuisti m.
iero. Lege; mandatoru a te sus-
cepi a statuisti q' si ab his
dedinare i etno iudicio d'mnare

Redat optima tributio delcans
 aiaz. **I**ob dicit. **Q**ui dulcia faucibus
 meis eloqua tua: sup mel ori meo.]
Os a fauces accipiuntur metapho
 rice p viribus superioribus anime
 videlicet ratioe a intellectu anime.
 quibus dulcedo celestiu in pnti ali
 quo modo sentitur a pgustatur a
 p osequens peccatum qd est hui9
 dulcedinis impedimentu oditur.

Iero. Nam sicut mel visibile
 amaritudines arceet no
 strarum fauciu: ita eloquijs domi
 nicis amaritudines nostror9 crimi
 num mitigantur. **M**andatis tu
 is intellexi. **S**pro. videlicet dul
 cedine; tue retributionis fm q di
 citur **I**sa. lxiij. Oculis no vidit de
 us abs te. a auris no audiuit que
 preparasti diligentib9. **P**ropte
 rea odium omnem viam iniquitatis
 quia ipsa impedit consecutiones
 predice dulcedinis a suauitatis

Verna pedibus meis vbu;
 tuum. **R**un. **S**equitur xliij.
 caplm cui p

ambro que interpretat vni
 cus. **E**cce ipse littere
 hebreorum testificantur dominuz
 Jesum esse vicium patris filium.

Hugo. Cui fidelis populus at
 tribuit bona sua .s.

Verna pedibus meis vbu;
 tuum.] a scriptura euangelica
 e diredio intellectu a affectu meo.
 ne in tenebris huius mundi incedes
 cadam in foueam peccor9. **L**a hume

Rum ad 2 vnu

semitis **R**ico. qd verbum tuuz
 meis. **R**ico. diuinu no soluz
 dirigit in adimplendis preceptis
 diuinis: sed etiaz consilijs euange
 licis que d icatur semite quasi vie
 strictiores a magis compendiose.

Rui autem sic in dominicis prece
 ptis dirigitur dicit quod sequitur
Fraui a statui. **I**d est firmiter
 a sine mutacone dispo sui. **C**ustodi
 re iudicia iusticie tue.] per quaz iu
 sticiam peruenit homo ad salute;

hugo. Et quia qui vult custo
 dire iusticiam pleuq;
 multipliciter affligitur. **I**ob subdi
 tur. **H**umiliatus sum vsqueq;
 humiliatione afflictionis quia vl
 quequaz passus sum multaz ab
 uersitatum

aug Pro eo q sta
 pericula. **aug** tu. **C**ustodire
 iudicia iusticie tue.] Et ne in tanta
 humiliatione ipsa fides deficeret:
 addidit. **domine** viuifica me.] dan
 do mihi patientiam. **fm** verbu tu
 um.] de quo in alio psal. **di** **C**u ipo
 sum tribu

lacione **nic** **C**onsequent ostē
 dit se int tribula
 tiones non deficere s; magis deum
 laudare dicens. **U**oluntaria oris
 mei.] a sacrificia laudis a me tibi
 volutarie oblata. **tene** placita fac
 die.] a sint tibi

acceptabilia **cas** **L**audes in
 re: deo gūssimū est. s; in fbulatione
 ampli9 pbat eximiu a p daciū q in
 firmitas corpis dolore pressa non
 vincit. s; tūc magis aia felix in dñi
 laudib9 excitat. **I**erom. **L**a iudi
 cia tua a mandata tua. **doce** me. s;
 vt ea intelligaz a implea

Anima

mea in manibus meis semper.]

HUGO Ac si dicat Doce me obedire
mandatis q̄a anima mea
parata est semper ad suscipiendū
doctrinam tuam. et legem tuā nō
sum ob

meditans eam in
hauris] **meditans** eam in
corde: a eye quēs
in ope. Et hoc probat osequenter
dicens **Posuerunt peccatores**]

demones [laqueum mihi] v. de ce
ptiones a ille **Cass** In hac em̄
cebras seculi **Cass** mūdi filia
tot laqueos inuenis quot vicia cō
tueris. sed populo fideli nihil terre
nuz preualere potuit q̄ se celesti cō
uersatione tractauit. vnde subdit.

[a de mandatis tuis non erraui.]
sed in eis permansi p̄ grām tuā me
preservantem.] **R**editate acqui
sui testimonia tua.] v. tua p̄cepta
dealogi vt tibi obedias.] in eternū.

HUGO **Causam** subiūgit [q̄
exultatio cordis mei
sunt.] Et in hac exultatione.] **R**edi
naui cor meuz.] vt humiliter serui
rem.] ab faciendas iustificationes
tuas.] v. opera bona que a te sunt
a iustificat vt pote sunt opera mi
sericordie videlicet esurienti panē
frangere. nudum vestire. a similia

de quibus dicitur Lu. xi. Date ele
mosinā a oia munda sunt vob̄. Et
abdit.] **Cass** Nō q̄ in futuro
eternum **Cass** misereatur q̄s
afflicto. cū in illo regno nulla p̄bet
esse miseria. sed q̄ fructū v. premi
um earum elemosinaz sub eterni
tate recipiet. vnde subdit. [propter
